

1735.

1. Lengnich, Gasparis: De Palmarum confederatis curibus.
2. Wittenberg, Samuel Fredericus: Religatio ad latae electio-
nes.

1737.

1. et 2. Wittenberg, Samuel Fredericus: Recensibus et processis
derisoribus. 2 Sampl. 1737 et 1740

1740

1. Kalmus, Fr. Adams: De religione medici

1752.

1. Krausius, Georgius Fredericus: De causa nostra pauperium inter-
proclatione
2. Krausius, Georgius Fredericus: II officio iudicis, in obitu
vanua legis mit datie.

1757.

1. Pauli, Martinus Gottlieb: De medicis exundar euritari-
sis in processibus.

1758

1. Pauli, Martinus Gottlieb: De legitimatione per rescripta principiis

1757.

1. Pauli, Martini Galliib : Utrum iis, qui sub tabula vivent,
hodie sicut in aliis iuris bonis?

1758.

1. Pauli, Martini Galliib : I. incontra praxi doctrinae
iuris Romani de restituzione integrorum ex capite metus
et doli. 2 script.

1764.

1. Pauli, Martini Galliib : De jure representationis ejusque
in Germania origine et progressu.

1762

1. Pauli, Martini Galliib : De executionibus et limenarum ordinationibus.

1763.

1. Pauli, Martini Galliib : De legem commissoria

1765

1. Gralib, Daniel : De jure calmcarii in doctrina de contractibus et legibus Romanis clementatis.

1768

1. Gralath, Daniel : De officiis laeti circa injurias observandas.

dis

1771.

1. Gralath, Daniel : De causis post mortem mortuum
[Von Sader nach toster Hand].

1772.

1. Gralath, Daniel : De solemnis latibus testemontorium sacer-

nis

1780.

1. Gralath, Daniel : De privilegiis peregrinorum foreni, quod
Germaniae das Gerechtigkeitscavatur.

1784.

1. Gralath, Daniel : De commodis et iuriis, quae sint
et conditio civitatum marinorum naturalis, et
commercia in iisdem exercenda iustagent.

2. Staunius, Carolus Tomus : De juris iurando.

1851
wurde die öffentliche Ausstellung der ersten
und zweiten Klasse auf dem Platz vor dem
Theater am 1. und 2. Februar 1851 geöffnet.
Die Ausstellung war sehr gut besucht und
die Aussteller waren sehr zufrieden mit dem
Ergebnis. Die Ausstellung wurde von den
Besuchern als sehr interessant und informativ
angesehen. Es gab eine große Anzahl von
Ausstellungen, die verschiedene Themen
umschlossen, wie z.B. Naturgeschichte,
Technik, Kunst, Geschichte und so weiter.
Die Ausstellung war ein großer Erfolg und
hatte einen großen Einfluss auf die gesamte
Stadt und die Region.

1851
Die Ausstellung war sehr gut besucht und
die Aussteller waren sehr zufrieden mit dem
Ergebnis. Die Ausstellung wurde von den
Besuchern als sehr interessant und informativ
angesehen. Es gab eine große Anzahl von
Ausstellungen, die verschiedene Themen
umschlossen, wie z.B. Naturgeschichte,
Technik, Kunst, Geschichte und so weiter.
Die Ausstellung war ein großer Erfolg und
hatte einen großen Einfluss auf die gesamte
Stadt und die Region.

10

EXERCITATIO JVRIS

QVA

EXPOSITVR QVAESTIO

M
1757.1.

VTRVM IIQVI SVB TVTELA VIVVNT
HODIE SVI SINT AN ALIENI
JVRIS HOMINES?

191

PRAESIDE

MARTINO GOTTLIEB PAVLI

J. V. D. JVR. ET HIST. PROF. PVBL. ET ATHEN. INSPECT.

DIE XXVI. APRIL. A. R. S. C I O I O C C L V I I .

IN AVDITORIO MAXIMO

AD DISCEPTANDVM PROPOSITA

AB

A V C T O R E

CONSTANTINO ERNESTO GRODDECK

L. L. C.



GEDANI

TYPIS THOMAE JOANNIS SCHREIBERI, SENATVS

ET ATHENAEI TYPOGRAPHI.

3



SL,

EXERCITATIO IARIS

64

EXERCITATIO CLAVELLIS

ALIENI HOMINIS BAR TABELE AVANT

HODIE SAI SINT AN ALIENI

IARIS HOMINES;

HEXASIDE

MARTINO GOTTHILB PAULI

1740. DEDICATIO A M. G. F. VON HANDELSEN. HANDELSEN.

DIS XXXVII ALIVEL V. E. C. 1740 CCCLXV

IN ABDITO RIO MAXIMO

CA. DECIMOTERCEM TERRITORIA

65

AVOCOTEX

CONSTANTINO THUNESTO GRODDECK

66

GEDAMI

THESS THOMAE LOCMANIS SCHWEDENS SEMINATIS

TI. ALTHAMMUS TUTISSATEL

VIRO
GENEROSO ATQUE MAGNIFICO
DOMINO
CAROLO GRODDECK
REIPUBLICAE PATRIAE

CONSULI GRAVISSIMO, CAMERARIO ET COMMISSARIO

MILITVM LONGE MERITISSIMO

PARENTI SVMMA PIETATE COLENDO

DEVENERANDO

HANC DISSERTATIONEM

CEV

STUDIORVM SVORVM PRIMITIAS

OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA AC PIETATE

D. D. D.

FILIVS OBSEQUENTISSIMVS

CONSTANTINVS ERNESTVS GRODDECK

E. L. C.

3



Sc,

*Vir Generose ac Magnifice
Parens sumum Venerande!*

CAROLO GRODDECK

RELATIONE FATHERIA



*N*on est, quod altius rationes, Tibi
hoc, quicquid est, diligentiae
meae specimen filiali obseruantia
consecrandi, repetam; cum offi-
cium meum & pietas, quam Ti-
bi dedeo, jam de ejus necessitate summa eaque maxi-
ma me jam satis conuincunt. Tua enim merita, Tua
beneficia in me collata sunt tanta, ut ea indicare, te-
merarium quidquam, ea vero justis, quam par est,
laudibus efferre, esset impossibile. Exstant tanta Tuae
benevolentiae, & nunquam satis laudandi paterni amo-

ris

ris in me Specimina, vt iis fruendis essem indignissimus, nisi per omnem vitam meam ea memoria recollectorem & conseruarem. Nullum ideo mihi superest dubium, quin Tibi hanc Dissertationem meam consecrem, quam ceu primitias studiorum meorum in lucem edidi publicam, cuiusque, priusquam valedicam patriae jam iter ad studiorum meorum profectus longiores meditans, publicam suscepi defensionem. Accipe igitur PARENTES SVMMVM VENERANDE hanc, qualiscunque sit, operam; Accipe hanc ceu publicum meae in Te pietatis, & dum viuam, semper duraturae obseruantiae testimonium, meque vt in posterum Tuo Favore, Tuoque amore prosequaris humillimis Te adeo precibus. Quod reliquum est, DEVVM Ter Optimum Maximum precor, vt Te PARENTES NVNQVAM SATIS VENERANDE in Emonumentum Patriae, Decus Familiae, & in meam quoque salutem quam diutissime vigere velit. Conseruet Te in salutem Patriae, Tua consilia in re civili ac

N. 100

militari

3




Glo,

militari concepta bene succedere jubeat, Teque in se-
cunda aequa ac in fortuna aduersa felicitate frui patia-
tur sempiterna. Perdurare sinat Tuam sanitatem & in-
columitatem, nec non animi vigorem, praesentiam
atque dexteritatem, quae Tibi sunt propria, in lon-
gissimos usque annos, Teque cumulet omni, qua es
dignus, felicitate summa. Maneat Tibi in rebus se-
cundis ut in aduersis semper animus constans & incon-
cussus, & felicitate fruaris perfectissima in aeternum.
Viwas in omni fortunae vicissitudine omni cumulatus
felicitate. DEVS Ter Optimus Maximus in longissi-
mam usque aetatem vires & valetudinem Tibi det opti-
mam, annosque Tuos proroget PATRI PATERIAE
MERITISSIMO, & PARENTI OPTIMO maxime
conuenientes.

Scribebam Gedani die XXXI. Martii A. R. S.
MDCCCLVII.

Q. D. B. V.



Q. D. B. V.

EXPOSITIO QVAESTIONIS
VTRVM II QVI SVB TVTELA VIVVNT HODIE
SVI SINT AN ALIENI JVRIS HOMINES?



Instituti Ratio.

Oigitanti mihi saepenumero atque memoria repetenti doctorum virorum de Jure Ciuiti judicia, mirum semper visum est atque querendum esse, quid esset, cur, qui ingenii sui vires, atque eloquentiae opes consumunt in laudando Jure Romano, justum ei pretium non posse statui putent, nisi reliqua Jura ciuilia tantum non omnia reprehensione summa, ipsaque propemodum proscriptione digna judicentur. Ut exemplo id, quod dixi, illustrem & comprobem; *Incredibile est,*

A

LVCIVS

3



Sc,

LVCIVS LICINIVS CRASSVS inquit apud CICERONEM a), quam sit omne *Jus ciuile praeter hoc nostrum, inconditum ac paene ridiculum.* Atque ita sentiunt non veteres tantum JCti Romani, quos hac ex parte vel solus patriae amor, honestus hic atque communis & fere nativus animi sensus, excusat; eadem hanc ingrediuntur viam recentiorum plerique, & quod mireris, non solum plebs & infima JCTorum multitudo, sed summi haud raro viri, & JCti dignitatis auctoritatisque praecipuae. E pluribus, quos in scenam producere possem, JCtis, non nisi vnum excitabo, sed virum ob doctrinæ præstantiam quam maxime inclutum, CORNELIVM scilicet a BYNKERSHOECK. Hic igitur Vir præclarus Ea, inquit, b) *Juris patrii est angustia, vt, nisi decurri posset ad Jus Romanum, qua fontem publici priuatique Juris, pede incerto susque deque vagaremur,* atque, paucis interjectis, addit: *leges patrias nequidem recti intelligi, nisi ex Romanis.* Atque ego quidem Juris Romani præstantiam, quam, scio, summam esse atque satis superque comprobataam, negare aut infringere nolo; ita potius semper existimau, in quo quis foro jurisprudentiam istam certissimas præstare juris dicendi regulas, nec adhuc muto sententiam. Sed non minore profecto laude cumulanda sunt iura nostra patria, Germanica puta, quae olim jamjam adeo fæse probarunt gentibus tantum non omnibus, ut paene vniuersus terrarum orbis illa adoptarit, vtque ea, obseruante HVGONE GROTIOS c) fere vbiique Juris Gentium naturam induerint. Subinicit se quidem postea legibus Romanis, hodieque submittit, quidquid moratorium vbiique est gentium, vsque adeo, ut & in Germaniae foris regnet Romana Jurisprudentia, sed ita tamen ea ibi regnat, vt hospitiis jura nondum violari, vel plane in exsilium egerit jus patrium. Vtrumque potius Jus locum, quem tenet, suum adhuc tuetur saluum, & Germanicum quidem tanquam patrium & primarium, Romanum vero

a) De Oratore Libr. I. cap. 44.

b) In Dedicat. Libr. IV. prior, Obseruat. Jur. Roman.

c) De Jur. Bel. & Pac. Libr. II. Cap. VIII. §. I. n. 11.

HODIE SVI SINT AN ALIENI JVRIS?

三

tanquam Ius in subsidium tantum receptum. Quae cum ita sint
quamvis turpe sit Icto & causas oranti, ius in quo quotidie ver-
satur, ignorare; hodie tamen in hominum ignoratione versuntur
Iura nostra patria, &, dummodo aliqualem habeamus iurium
peregrinorum notitiam, ignorantia ista in ipso adeo Icto honesta
quasi atque laudabilis putatur. Haec haeretis fane turpissima, nisi
ab isto iurium patriotum contemptu adeo ignominioso, quem
produnt ii, qui de Jure tantum Romano splendide sentiunt, atque
praeclare, suam habeat originem, per eum certe augetur quam
maxime, atque in dies crecit magis magisque. Vix autem dici
potest, quantum damni afferat rebus publicis nostris haec iurium
patriorum negligentia supina, Romanorum vero veneratio nimia.
Ut enim alia taceam, exinde factum est, ut per translationem
applicationem Juris Romani incongruum ad respublicas no-
stras in jure hodierno tam publico quam priuato ima saepe sum-
mis, quadrata rotundis fuerint mutata. Fuerunt quidem jam in-
de ab HERMANNI CONRINGII temporibus viri egregie corda-
ti quam plurimi, qui de restaurando Jure Patrio & de vero Ju-
ris Romani vnu hodierno definiendo fuerunt solliciti, SCHIL-
TERVS, e. g. HERTIVS, THOMASIVS, LVDEWIGIVS,
GRIEBNERVS, HEINECCIVS, alii, neque hodie desunt, qui
tantorum virorum vestigia felici cum successu premunt. Sed
quamvis hi viri praestantissimi errores quamplurimos, quos pe-
perit inepta ista iurium diuerissimorum communictio, felici cum
successu emacularint: restant tamen in Jure nostro & plura forras-
sis, quam par est, restant capita, quae misere laceravit incongrua
Juris Romani praxis. Nescio, annon hoc referenda sit ista Juris
hodierni doctrina in vulgus nota, qua, omnes eos, qui sub Tu-
tela viuunt, sui juris esse homines ad exemplum Juris Romani
apud omnes sere vbiique ICtos vno ore traditur. Non is ego sum,
qui vniuerso quasi Ictorum ordini contradicere ausim. Hoc ta-
men negare non possum, morum patriotum tam antiquiorum,
quam recentiorum contemplationem diligenter me in hac causa
olim jam nonnullam in dubitationem adduxisse. Quod itaque
jam aliquoties solus feci, fert nunc animus, Tecum, Amice Le-

A 2



St.

ctor, reiterata vice facere, Teque non comite tantum, sed & judge ingredi quaestio[n]is non injueunda fortassis aut inutilis ex-positionem circumsp[ec]tam: *Vtrum ii, qui sub Tutela viuunt, hodie sui sint, an alieni Juris homines?* Ceterum hujus disputationis nostrae haec potissimum erit ratio & via, vt, cum communis D. D. doctrina, quod, qui sub tutela viuunt, sui sint, non alieni juris homines, sine dubio ex Jure Romano de-scendat; primum quidem hujus Juris Romani decreta tradam, & ex iis partim, quid sint sui & alieni juris homines exponam, partim vero probem, eos, qui sub tutela viuunt, non alieni, sed sui juris fuisse. Dicam deinde de Jure Germanico antiquiori, atque probabo, apud maiores nostros olim tam qui in parentum, quam qui in tutorum potestate erant, alieni semper juris, nunquam sui fuisse. Tandem ad Jura recentiora & hodierna pro-grediar, atque disquiram, vtrum per introductionem receptionisque Jurium Romanorum in Germaniae fora patrii mores hac ex parte sint immutati, atque ii apud Germanos, qui sub tutela viuunt, ex alieni juris hominibus, quales erant olim, sui juris suaeque potestatis facti?

§. II.

Quid sint homines sui & alieni Juris, ostenditur.

Libeat itaque quaestio[n]is propositae praemittere Juris Romani decreta de hominibus sui & alieni juris, deque pupilli, nuncquam ad hanc, sed ad istam semper hominum classem per-tinentibus; non quidem recondita valde, sed multum tamen ad rem nostram facientia, & ex ea causa vtique digna, quae in fron-te disputationis nostrae paucis quidem, sed distincte tamen & sol-licie exponamus. Dicit Imperator d), quem merito ducem hac in re sequimur; *Videamus de his, quae alieno juri subjectae sunt, nam si cognoverimus, quae istae personae sunt, simul intel-ligemus, quae sui juris sunt.* Scilicet contrariorum cognito uno, cognoscitur & alterum. Non, quod explicata & cognita vna specie
d) Pr. Inst. de his, qui sui vel alieni jur. l. 1. pr. D. Eod.

specie generis diuisi, statim accurate cognoscamus naturam spe-
ciei oppositae, sed, quod illa cognita, intelligimus, cetera
quaes sub genere comprehensa sunt, ad species pertinere opposi-
tas. His autem, quae diximus, praemissis, pergit JVSTINIA-
NVS e): igitur in potestate sunt servi dominorum, & deinceps f):
item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis
procreauimus. Hactenus Legislator noster, & quem hac in re
ducem sequitur CAJVS ICTUS g). Vterque igitur non per no-
tionem generalem, vti vulgo, inprimis hodie, sed per exempla
potius nos docet, quid sint homines alieni juris, prouocans ad
lreuos, qui in dominica, & ad filiosfamilias, qui in patria sunt
potestate. Qua quidem in re non omnino errat JVSTINIANVS,
ideo potissimum, puto, quia id, quod queritur, scilicet, quid
sit homo alieni juris vel potestatis, in ipsa quaestione proposita
simil continet, quam desideras, responsonem, nimurum ho-
mo, qui est in alterius potestate, quare vterque & JVSTINIA-
NVS & CAJVS notionem hanc negligunt, atque lectors suos
hac in re, ipsis in primis temporibus, ex communi vsu loquendi
in vulgus nota, tantum per exempla instruunt, atque magis magis
isque confirmant. Sed potestatis verbo plura significantur, id
quod jam olim JVLIVS PAVLLVS nos docuit h). Et in ge-
nere quidem potestas est Jus in aliquem i), quare, qui sibi
vel alieni juris sunt, alias etiam suae vel alienae potestatis esse di-
cuntur, sensu plane eodem. In republica autem potestas est,
quaes ex magistratu competit, vel ipse magistratus k) etiam

A 3

summus,

e) §. 1. Inst. l. 1. §. 1. D. Eod.

f) l. 3. D. Eod. pr. Inst. de Patr. Potest.

g) Libr. I. Inst. Tit. III. ab initio, apud SCHVLTINGIVM in
Jurisprud. Antejust. pag. 28. 29. Edit. Lipsiens.

h) l. 215. D. de V. S.

i) Conf. JOAN. AVG. ERNESTI. V.S.R. & C. Clav. Ciceron, hac voc.

k) l. vnic. pr. D. si quis Jus dicent. non obtemper. CICERO de
Inuentio.

3



Glo,

summus, veluti Imperatores, quos potestates excelsas fuisse dicetos, inter omnes conflat 1). In persona eorum, qui sunt principes familiarum suarum, potestas est, Jus patrifamilias in eos competens, qui sunt de ipsis familia, v. g. patri in liberos, domino in seruos m). Sunt & aliae hujus vocabuli significaciones, quas tamen, tanquam alienas ab hoc loco, & ab aliis jam indicatas n) non adscribimus. Ceterum tamen haec multiplex potestatis significatio haud facile quenquam hoc loco dubium reddere potest & incertum. Omnem enim ambiguitatem sustulit proflus *Imperator* per exempla ista, quibus illustrat rem, de qua loquimur. Nam in potestate, inquit, sunt serui dominorum o), item, in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus p). Atqui dominus & seruus societatem domesticam, pater & liberi paternam, haec & illa simul sumta familiam & dominum constituant; hinc ex ipsis, quae dedit *Legislato*, exemplis satis superque appetet, sermonem hoc loco esse de potestate herili, atque alieni juris vel potestatis homines esse eos ea-ue, qui quaeque in alterius sunt potestate herili. Atque haec tamen de alieni juris hominibus, quibus cognitis, inquit JVSTINFANVS q) simul intelligimus, qui sunt sui Juris? atque dicit, quod res est. Quare de iis nil amplius addimus, praeter

Invention. Libr. II. cap. 30. Hinc facile intelligitur, quid sit in l. vnic. D. de officio Quaestor. Junii Gracchani de potestatis Liber.

1) Conf. JACOB. GOTHOFREDVM in Comment. ad l. 11. Cod. Theodos. de legatis & decretis legationum. Tom. IV. p. 594.

m) l. 3. §. 2. 3. D. de donat. inter vir. & vxor.

n) Conf. praeter IOAN. AVG. ERNESTI V. C. loc. cit. IACOB. CVIACIVM ad l. 215. D. de V. S. Oper. posthum. Tom. IV. Part. poster. pag. 682, 683. ex Edit. Fabrotti.

o) §. 1. I. l. 1. §. 1. D. de His, qui sui vel alieni. Iuris sunt.

p) l. 3. D. Eod. pr. Inst. de Patr. Potest.

q) Pr. I. de His, qui sui vel al. jur. l. 1. D. Eod.

præter illud VLPIANI r). *Sui Juris sunt, familiarum suarum principes, id est, pater familiae itemque mater familiae.*

§. III.

*Recensentur ii, qui sui vel alieni juris esse dicuntur
in Jure Romano.*

Domus itaque & Familia est fundamentum istius antea dictæ hominum divisionis in eos, qui sunt sui, & qui sunt alieni juris. Est autem domus sive familia, societas composita, constans, quando perfecta est, ex societatibus simplicioribus, conjugali scilicet, paterna, herili. Istam ex tribus his societatibus simplicioribus constituant vir & vxor, illam parentes & liberi, hanc denique dominus & serui. Hinc patet, quot & quales personae in unaquaque familia, etiamsi sit perfectissima, deprehendantur. Ex his autem personis, quot quot earum sint, sui juris sunt familiarum suarum principes, vt ait VLPIANVS s), reliquæ tantum non omnes alieni juris vel potestatis. Qui autem sint familiarum suarum principes, ipse, quem modo dixi, quantum fatus est, explicauit VLPIANVS, quando addit superioribus: *id est, pater familiae itemque mater familiae.* Et de patre quidem familias id, quod dixit ICtus, omni prorsus dubio caret, sed matrem familiæ quod attinet, loquitur ex vsu sui temporis. Olim enim, quae in manum mariti conuenierat foemina, quaeque proprie *mater familiae* dicebatur, vt docet GELLIVS t), & SERVIVS u) non sui juris erat, sed in manu mariti mancipio & potestate x) tanquam filiæ familias, cu-

jus

- r) Fragm. Tit. IV. §. I. apud SCHVLTINGIVM loc. cit.
pag. 577.
- s) loc. cit.
- t) Noct. Atticar. Libr. XVIII. cap. 6.
- u) Ad Virgili Aeneid. Libr. XI. vers. 476.
- x) GELLIVS N. A. Libr. IV. cap. 3. Libr. XVIII. cap. 6.

3



Gl,

ius proinde & bona omnia marito adquirebantur dotis nomine y)
 &, quae postea adquirebat, ad virum pertinebant z) habebatque
 ipsa tantum peculum a), adeoque sustinebat speciem libera-
 lis seruitutis, vt scribit SERVVS b). Exibat quoque mulier,
 in manum conueniens, ex patris potestate, cum in duorum po-
 testate & duobus filiafamilias esse non posset. Sed in Pandectis
 vix vlla hujus juris vestigia supersunt, & videntur mulieres, post-
 quam auctae sunt Romiae opes & emolliti mores, non ita am-
 plius voluisse, se & sua omnia maritis subjicere, sed simpliciter
 nuptias contrahere, sive in matrimonium conuenire, quo
 modo dixit GELLIUS c), matronam proprie dictam, quae in
 matrimonium cum viro conuenisset, quam distinguit ab ea, quae
 erat in manu mancipioque d). Quae cum ita sint, recte VL-
 PIANVS patrem matremque familias sui juris, suarumque
 familiarum principes esse dixit. Reliqui omnes, qui
 ad familiam pertinent, alieni juris, & in alterius sunt potestate.
 Et nominatio quidem primo huc pertinent filii filiaeque familias,
 quos in patris, deinde vero serui, quos in potestate patrisfami-
 lias vel domini constitutos esse ex JVSTINIANO vidimus jam
 jam §. anteced. Hoc tantum addo: in Jure nostro aliud esse pa-
 trem aliud patremfamilias, pater semper ad filium refertur, non
 paterfamilias, sed significat potius vocabulum hoc statum per-
 sonae & conditionem sui juris & refertur ad totam familiam e).

Ceterum

- y) CICERO Topic. cap. 3.
- z) VLPIANVS Fragm. Tit. XIX. §. 18. apud SCHVLTINGIVM
I. c. pag. 626.
- a) PLAVTVS Catin. Aet. II. Sc. II. vers. 26.
- b) Ad Virgili Aeneid. Libr. IV. vers. 103.
- c) Noct. Attic. Libr. XVIII. cap. 6.
- d) Conf. SCHVLTINGIVM ad Vlpian. Fragm. Tit. IX. loc. cit.
pag. 590. 591.
- e) I. 195. §. 2. D. de V. S. & JACOB. CVIACIVS ad h.l. Oper.
posth. Tom. IV. part. poster. pag. 668.

Ceterum de seruis, & de potestate, in qua apud Romanos constituti erant, dominica h. l. non attinet dicere. Itaque omisis, quae hoc pertinent, omnibus, ad filios filiasque familias progressimur, & ad potestatem patriam, vt ea cognita perspiciamus, vere recteque dixisse JVSTINIANVM f), *in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus.*

§. IV.

De Potestate, cui subsunt liberi, patria ex Juris Romani principiis.

Fuerunt praecognita, quibus, quantum satis est, expeditis, ad rem ipsam accedimus. Probare autem suscepimus, ex Juris Romani decretis eos, qui in patria potestate sunt constituti, alieni semper juris, pupillos autem, tutorem, atque minores, curatorem habentes, sui potius juris suaeque semper fuisse potestatis. Cujus rei probatio facillimo negotio peragri potest, dummodo patriae potestatis Romanae conditionem & ambitum cognoscamus, & deinde, qualis olim fuerit tutorum curatorumque potestas, intelligamus. Dicamus itaque de vtraque, primum autem de patria potestate, sed paucis, ne cui fines disputationis transgredi videamur. Est autem potestas patria non tam dominium juris Quiritium, prouti eam finiuit CORNELIVS VAN BYNkers-HOECK g), atque JOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS h), quorum sententiam cum cura examinavit atque rejecit Illust. GEORG. CHRISTIAN. GEBÄVER i), sed potius jus, quod patri jure ciuili datum est in liberos suos. Origo hujus potestatis

B

f) l. 3. D. de His, qui sui vel alieni, jur. pr. I. de Patr. Potest.

g) Vid. *Ius libellum de Jure occidendi, vendendi, & exponendi liberos apud veteres Romanos*, cap. I.

h) In Elem. Jur. Ciuil. secund. Ordin. Inst. §. 136. & in Antiquit. Rom. Libr. I. Tit. IX. §. 1.

i) In Dissert. duab. de Patria Potestate. Et in prima quidem cap. II. §. 2. p. 18. 19. in secunda vero cap. II. §. 4. sqq. p. 34. sqq.

3

66,

non ex alio jure repetenda, quam ex quo matrimonium, quod prima & antiquissima paterni imperii causa est, nimirum ex Jure Naturae & Gentium, sed nouam & prorsus singularem accepit haec potestas formam a jure civili, & ex ea causa non incongrue Jus patriae potestatis a JVSTINIANO ^{k)} dicitur jus, quod proprium est ciuium Romanorum. VLPIANVS jus istud moribus esse receptum ait ^{l)}, quod tamen alii a Romulo lege publica introductum esse, affirmant ^{m)}. Sed quae sub regibus legis habebant vim auctoritatemque, post reges ejectos tanquam mores patrii valuerunt. Quin ipsae etiam leges haud raro mores dicuntur ⁿ⁾, in primis Itiae, quas cana vetustas reddidit venerabiles. Fuit autem haec potestas patria jam inde ab antiquissimis temporibus summa & maximia atque tanta, vt VALERIUS MAXIMVS ^{o)} eam haud immerito *majestatem patriam*, alii ^{p)} *magistratum domesticum* dixerint. Etenim primus Romanorum rex & legislator *Romulus* teste DIONYSIO HALICARNASSEN-
SI ^{q)}, lege publica patri in liberos omne jus dedit relegandi, vendendi, occidendi, quam legem decemviri deinde XII. Tab. inseruerunt & confirmarunt ^{r)}. Patri autem tantum compete-
bat

^{k)} §. 2. I. de Patr. Potest.

^{l)} I. 8. D. de His, qui fui vel alieni juris sunt.

^{m)} DIONYSIVS HALICARNASS. Antiquit. Roman. Libr. II. PA-
PINIANVS apud Pariatorem LL. Mosaicarum & Romanarum. Tit. IV. §. 8. vid. SCHVLTINGII Iurispr. Antejustin. pag. 749. 750.

ⁿ⁾ Conf. GERARD. NOODT. Probat. Iur. Libr. I. cap. XI. §. 3.

^{o)} Libr. VII. cap. VII. §. 5.

^{p)} SENECA de Benef. Libr. III. cap. XI.

^{q)} Antiquit. Roman. Libr. II. conf. LL. Regias apud CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANNVM Volum. II. Histor. Iur. Rom. Iustin. Part. prior. pag. 26.

^{r)} Conf. Fragmenta XII. Tab. apud IACOB. GOTHOFREDVM
in

bat hoc jus patriae potestatis nunquam matri, quae ipsa potius jure veteri in manu mariti, tanquam filias familias, erat, atque complectebatur primo *jus occidendi liberos*, sive *jus vitae & necis*. Immanis potestas. Sed quanta etiam olim ea fuerit, leges tamen patribus nunquam effrenatam dederunt in liberos suos faciendi licentiam. Prima enim, quae de ea re lata est lex, dedit patri potestatem occidendi exponendique infantes trimo minores, sed non nisi debiles & monstrosoſ, talesque a quinque viris vici- nis agnitos judicatosque ^{s)} Secunda; patri in liberos trimo maiores intra regni domestici fines esse, uti magistratui & vni & summo, merum imperium, ad leges, etiam ipſis patribus familiis in ciuitate latas, non alligatum, ut omnino liberum sit patri in filium, sed merentem, acrius, lenius, mitius, severius animaduertere, seruatim tamen iis omnibus, fine quibus judicium agi nequit, nisi facinus esset publicum, & de eo omnibus constaret. Atque his limitibus circumscriptum erat jus illud vitae & necis, prouti luculenter probauit *Illiſtr.* GEORG. CHRISTIAN. GEBAVER. ^{t)} hunc fere in modum, ut illud patri competeteret tanquam judici & magistratui domesitico. Praeter hoc jus vitae & necis iisdem in legibus patri datum est *jus vendendi liberos*, & tabul. u). Sed exinde ter quidem filium familias ex LL. XII. Tabul. u). Sed exinde non sequitur, filios filiasque familias in dominio patris & in numero rerum fuisse, uti volunt ICtorum plerique cum BYNKERS-HOECKIO ^{x)}. Habebat quidem pater, si filius familias sur-

B 2 ¹⁷ M 10034 reptus

in Quatuor Fontibus Tab. IV. atque CHR. GODOFR. HOFFMANVM l. c. pag. 184.

- ^{s)} Conf. GERARD. NOODTHI Iulius Paulus. Cap. II. Oper. Tom. I. pag. 494 ſqq.
- ^{t)} In Differt. cit. de Patr. Potest. II. Cap. II. §. 7. pag. 63 ſqq.
- ^{v)} Tab. IV. apud IACOB. GODOFREDVM & CHR. GODOFR. HOFFMANVM l. c.
- ^{x)} De jure occidendi liberos cap. I. adde CHRIST. GODOFRED. HOFF-

3

S6,

reptus fit, actionem furti y), atque idem directa rei vindicatione ex jure Quiritium filium petere poterat z). Sed tantum abest, vt furti actio ex dominio descendat, vt potius & contra ipsum dominum detur a). Et de rei vindicatione ipse ait VLLIANVS b) per hanc autem actionem liberae personae, quae sunt juris nostri, utpote liberi, qui sunt in potestate, non peruntur. Et quamvis deinde Ictus rei vindicationis ex jure Quiritium, qua pater circa filium vti poterat, mentionem faciat; haec tamen vindicatio singularis plane & extraordinaria est, neque ex dominio patris, sed ex legis auctoritate descendit, & verissime dixit Vir summus GEORG. CHRISTIAN. GEBAVERe, qui ait, rem esse suam, ille eandem, ut suam, VINDICAT; at ille, qui vindicat, id, quod vindicat, ideo non dicit REM SVAM. Haec de jure occidendi vendendique liberos, patri in legibus regiis & decemviralibus dato. Concesserunt autem præterea eadem leges XII. Tab. d) patribusfamilias potestatem, liberis suis constitundi tutores. Cujus tutelæ testamentariæ cum vincum fundamentum sit patria potestas, facile reddi potest ratio, quare jure veteri mater tutores dare non posset e), posset autem pater, liberis suis, non emancipatis f), etiam nepotibus, qui in patris potestatem, defuncto auo, non essent recasuri

HOFFMANNVM l. c. pag. 28. atque IOAN. GOTTL. HEINECCIVM Antiquit. Iurid. Libr. I. Tit. IX. §. 1. pag. 135.

y) l. 14. §. 13. D. de Furt.

z) l. 1. §. 2. D. de Rei Vindicat.

a) l. 12. D. de Furt. §. 13. I. de Obligat. quae ex delicto nascunt.

b) l. 1. §. 2. D. de Rei Vindicat.

c) In Dissert. I. de Patr. Potest. cap. II. §. 2. pag. 20.

d) Vid. Tab. V. LL. XII. Tab. apud IACOB. GOTHOFREDVM & CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANNVM l. c.

e) l. 2. D. de Confirmand. Tutor.

f) l. 1. pr. D. de Testament. Tutel. l. 73. §. 1. de Reg. Iur.

recasuri g), immo & exheredatis h), & quae sunt reliqua,
quae, tanquam aliunde satis cognita, non addimus.

§. V.

Continuatur doctrina Juris Romani de patria potestate.

Dedimus haec tenus varios patriae potestatis Romanae effectus, sed non nisi tales, quorum fundamentum sunt leges vel regiae vel decemurales, duplex ille fons juris tam publici quam priuati. Sed adhuc tamen præterea plura alia potestatis patriae jura, quae non tam ex ipsis illarum legum verbis, quam potius, ut videtur, ex interpretatione & auctoritate prudentium, quasi per consequentiam, aut ex plurium annorum usu & obseruatione, tacito populi consensu obfirmata, manarunt, quae, qualia fuerint & quanta h. § videamus. Primum autem hoc referendum esse videtur celebre illud jus adquirendi per liberos i), vi cuius, quidquid adquirebant liberi, non sibi, sed patri, in cuius potestate erant, adquirebant, adeo, ut pater harum rerum omnium plenum haberet dominium liberrimamque dispositionem k). Poterat porro pater filium noxae dare, aequa ac seruum l), magnum tamen hac in re inter seruos & liberos intercedebat discrimen. Liberi enim homines noxae dati seruie-

B 3

bant

g) I. 1. §. 2. de Testam. Tutel.

h) I. 4. D. Eod.

i) De hoc jure Romulum jamjam quaedam sonxisse, discimus ex DIONYSIO HALIC. Ant. Rom. Libr. VIII, vbi: *Romanis fratribus nihil proprii est viuis parentibus, sed & pecunias & corpora liberorum patribus ad eorum arbitrium tradidit lex Romuli.* An vero de ea re in XII. Tab. quid fuerit relatum, non constat.

k) §. 1. I. Per quas Pers. cuique adquirat. I. 10. pr. D. de Adquir. Dom.

l) I. 5. §. pen. D. de Oblig. & Actionib. I. 3. §. 4. D. de liber. hom. exhib. Collat. LL. Mosaic. & Roman. Tit. II. §. 3.

3

Slo,

bant quidem, sed non erant serui, manumitcebantur, at non inde siebant libertini m). Non minus filium vi patriae potestatis poterat pater exheredare, finente latitudine verborum legis XII. Tab. n) Quodsi vero filium pater heredem institueret, aut relinqueret ex lege, filius patri erat heres *suis & necessarius* o), nisi filius sub conditione: *si volet, heres sit scriptus* p). Quamvis porro leges regiae & decemvirales soli patri hanc potestatem concessisse videantur, moribus tamen receptum est, ut nepotes quoque in aui, pronepotes in proaui potestate essent constituti q). Sed de nepotibus ex filio, eoque in potestate patris adhuc constituto haec intelligenda sunt, non emancipatio, aut de nepotibus ex filia, ex ea enim qui nascuntur, patrem vel auum paternum sequuntur r). Ipsum etiam illud vinculum inter auum atque nepotem laxius olim erat, quam quidem inter patrem & filium, & jure diuerso vtebatur pater & auus in lege Pompeja s), in lege Julia de adulteriis t) in venditione liberorum u), in emancipatione x), in praeteritione y), & f. p. Intercedebat deinde inter patrem & filium in negotiis priuatis per-

[tonae

- m) QVINCTILIANVS Inst. Orat. Libr. V. c. 10. Libr. VII. c. 3.
- n) Tab. V. apud IACOB. GOTHOFRDV M & CHR. GODOFR. HOFFMANNVM loc. cit. Verba legis sunt: *Pater familias vii legasse - - - ita jus esto.* Adde l. 120. D. de V. S.
- o) §. 2. I. de Hered. qual. & different.
- p) l. 12. D. de Condit. Instit.
- q) l. 4. D. de His, qui sui vel alien. Iur.
- r) l. 19. D. de Stat. hom.
- s) l. 1. D. de Leg. Pompej. de Parricid.
- t) l. 20. D. ad leg. Iul. de Adult.
- u) VLEIANVS Fr. Tit. X. §. 1.
- x) l. 8. D. de Injusto, rupro, & cet.
- y) l. 29. §. 10. D. de liber. & posth. conf. MERILLIVS Ol. seruat. II. 4.

sonae, vsque adeo, vt nulla inter eos sit actio ^{z)}, nulla obligatio ^{a)}, vtque liberi nihil magni momenti sine patris consensu peragere, atque v. c. nullas facere possint nuptias. Honestatem hujus rei acquitatemque ipsa etiam naturalis ratio docet, sed summam illius abolutamque necessitatem Jura Romana introduxerunt, atque, vti videtur, in primis lex ista *Numae Pompillii*, qui patri, si filio concesserit ducere vxorem, nullum amplius vendendi eum jus esse, constituit ^{b)}. Atque hic consensus patris non tantum summe necessarius erat, sed etiam ipsas filii nuptias praecedere debebat ^{c)}. Nam ex postfacto accedens, justas quidem faciebat nuptias, sed ex eo demum tempore, ex quo interuenierit ^{d)}. Quinimo matrimonium a filiafamilias consentiente patre non jure ciuili, farre, scilicet, coemtione, aut vsu contractum, sed jure Gentium consensu nudo, salua manente patria potestate in filiafamilias, ex juris antiquioris regulis vi patriae potestatis pater, licet concordans & liberis subnixum solvere olim & tam late patens apud Romanos erat potestas patria, durabatque ea per omnem filii vitam, etiamq; tractarit rempublicam, & magistratus gesserit maximos, & studii erga rempublicam laudem sit promeritus ^{f)}. Haec autem, quamuis ita, vti dixi, se habeant, non minus tamen certum est hoc, filiafamilias, etiamq; in manu patris sit,

tamen

z) I. 4. D. de Iudiciis.

a) §. 6. I. de Inut. stipul.

b) PLVTARCHVS in vita *Numae Pompillii*. CHR. GODOFR. HOFFMANNVS loc. cit. Sect. II. de Legibus Num. Pompillii, pag. 48.

c) Pr. I. de Nuptiis.

d) I. 13. §. 6. D. ad leg. Iuliam de Adult. conf. IACOB. GOTH. FREDVM ad l. 152. §. 2. de Reg. Iur. pag. 623.

e) I. 1. §. vlt. D. de Liber. exhibend.

f) Exemplum vide apud CICERONEM de F. B. & M. Libr. I.c. 7. adde DIONYSIVM HALICARN. Antiquit. Rom. Libr. II.

3

Sl,

tamen quod ad jus publicum , nancisci legitimam facultatem potestatemque ex magistratu suo , eaque uti posse in iis , quae ad explicandam jurisdictionem pertinent. Hinc POMPONIVS g) filiusfamilias , inquit , *in publicis causis loco patrisfamilias habetur*: & HERMOGENIANVS h) ait: *quod ad jus publicum attinet , non sequitur jus potestatis* , vel uti CORNELIVS VAN BYNKERSHOECK i) leuius emandata scriptura legit: *non sequimur , hoc sensu: jus patriae potestatis in iis , quae ad jus publicum attinent , non prodest*. Et quam vere haec dicta sunt , probat exemplum *Fabii filiisfamilias* , Consulis , apud VALE RIVM MAXIMVM k) cui addatur *Tauri* hac de re disputatio apud GELLIVM elegantissima l).

§. VI.

Quae subinde quoad haec jura patriae potestatis factae fuerint mutationes , ostenditur.

Sed haec summa patris in liberos potestas posteriorum legislatorum constitutionibus valde imminuta est & coarctata , partim , quia experimentis compertum , patris judicium saepe corrumpi nouercalibus delinimenti & instigationibus improborum hominum , vsque adeo , vt potestate hac , quae ei data erat , non vt perderet filium , sed ut eum seruaret , turpiter abuteretur , partim etiam ideo , quod ista domestica maiestas statui monarchico sub Imperatoribus parum consentanea videretur. Factum autem hoc est non lege vna , & vno tempore , sed paullatim , vt solet moribus. Sublatum itaque est jus vitae & necis , adeo ut particilli reus sit pater , filium suum dolo malo occidens m) , reliquamque

g) l. 9. D. de His , qui sui vel alieni juris sunt.

h) l. 14. pr. D. ad SCtum Trebellian.

i) Observat. Libr. I. cap. 18.

k) Libr. II. cap. 2. n. 4.

l) Noct. Attic. Libr. II. cap. 2.

m) l. viii. C. de His , qui parent. vel liber. occider.

Quumque ei ex isto jure nil amplius est, quam facultas modice castigandi, & in atrocioribus delictis magistratui praescribendi sententiam n). Tempus, quod attinet, quo facta est haec insignis mutatio, non vno modo id definitiū ICTI, & in vulgus nota est controuersia hac de re agitata inter CORNELIVM VAN BYNKERSHOECK & GERARDVM NOODT, viros summos atque juris consultissimos, quam litem nouissime demum reassumit quasi, atque insimul etiam peroravit & composuit Illustrē Academiae Göttingensis ornamentum GEORG. CHRISTIAN. GEBAVER o), luculentissimis argumentis probans sententiam Noodtii, Alexandrum Imperatorem omnium primum vetuisse, filium a patre occidi, inauditum. Quamuis, si contra sit factum, nullam certam posuerit poenam, qua vellet patrem coerceri, quam tamen deinceps, & cullei quidem primus addidisse videtur CONSTANTINVS p). Ademptum praeterea patri est jus vendendi & exponendi liberos q), vti & noxae dandi r). Jus adquirendi per liberos primum fuisse videtur, quod Romani per introductionem peculiorum diuersorum, atrocioribus limitibus circumscriperunt. Cum enim ab initio filiorumfamilias aequae ac seruorum peculium profectitum tantum eset, successu tam temporis respectu filiorum adiumentae sunt aliae peculiorum species. Et primo quidem filiosfamilias militi peculium ca-

C flrense

- n) I. 3. de Patr. Potest. I. vnic. C. de Emendat. propinquor. Non, ut Praeses cognoscat, pater decernat, sed, ut praeses, patri leniora flagitant, sive republica, obsequatur, acriora cupientem in aequitatis viam reducat, patre renitente, de omni illa causa ad principem referat.
- o) In Dissert. II. de Patr. Potestate, cap. II. pag. 24 sqq.
- p) I. vnic. C. de His, qui parent. vel liber. occider.
- q) I. I. C. de Patr. qui liber. distrahit. Prolix & pererudit de hac re egit GERARDVS NOODT in Iulio Paullo cap. V. Oper. Tom. I. pag. 499.
- r) §. vlt. I. de Noxal. Adionib.

3

Se,

strense fibi proprium habere permisum. Id quod vel ex JVVE-
NALE intelligimus, qui ait s).

- - *Nam, quae sunt parta labore
Militiae, placuit; non esse in corpore census,
Onne tenet cuius regnum pater.*

Deinde ad exemplum castrensis, etiam *quasi castrense* peculium, quasi militum, comparatione militiae litteratae, introductum, atque pleno jure filiis relictum est t). Sic etiam CONSTAN-
TINVS M. exceptit bona materna, eorumque vsumfructum tan-
tum pleno jure patri, filio vero proprietatem tribuit u). GRA-
TIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS x), deinde etiam ARCADIVS & HONORIVS y) idem statuerunt de
bonis quibuscumque generis, i. e. ex materna cognatione delatis.
Postea THEODOSIVS, & VALENTINIANVS, LEO & AN-
THEMIVS hoc & ad lucra nuptialia & sponsalitiae produxere z).
Postremo JVSTINIANVS generali constitutione aduentitia omnia,
quacunque tandem ex causa adquisita sint a filios familias, ejus-
dem juris esse voluit, ita, vt in iis filius proprietatem, pater ve-
ro tantum vsumfructum haberet, ita tamen, vt pater boni viri
arbitratus

s) IVVENALIS Satyr. vlt. vers. 52.

t) §. vlt. I. de Testament. milit. Et fit hujus quasi castrensis peculii
mentio in ipsis etiam Digelfis. v. c. l. 1. §. 15. de Collat. l. 3.
§. 5. de Bonor. Possess. l. 7. §. vlt. de Donat. & cet. FR.
BALDVINVS in Iustiniano libr. III. p. m. 297, quidem haec
loca omnia a Tribonianu interpolata esse ait, sed absoluuit jam
SCHVLTINGIVS ad Iul. Paulli Rec. Sent. Libr. V. Tit. IX. §. 4.
not. 27. loc. cit. pag. 470. Tribonianum atque ex l. 52. §. 8.
D. pro Socio probauit, tam castrensis, quam quasi castrensis
peculii vestigia aperta in Pandectis vtique existare.

u) l. 1. C. de Bon. matern. l. 1. §. 2. Cod. Theod. Eod.

x) l. 6. Cod. Theod. Eod.

y) l. 2. Cod. l. 7. Cod. Theod. Eod.

z) l. 1. 4. 5. C. de Bon. quas liber,

arbitratu vti frui debeat a). Taceo peculum filiisfamilias aduentitium irregulare & plenum dictum ideo, quod filius proprietatem & vsumfructum solum, pater vero in eo nihil omnino habeat juris. Quod ad exhereditationem liberorum attinet, esse & illam admodum coarctatam per querelam inofficiofi, in vulgus notum est, quemadmodum etiam jura recentiora, filium non amplius patris sui esse heredem necessarium voluerunt, concessio ei jure abstinenti se ab hereditate paterna b). Quin & quoad consenfum patris, in nuptiis liberorum contrahendis necessarium, nonnihil immutarunt jura recentiora. Olim enim consensus patris, ex postfacto accedens, ex eo demum tempore, quo interueniebat, nuptias liberorum reddebat justas atque legitimas. Sed aliter se haec res habere coepit, ex quo JVSTINIANO placuit c) ratihabitionem generaliter retrahi debere & confirmare ea, quae ab initio subsecuta sunt, ideoque principali mandato patris aut consensi non esse absimilem. Deinde jure recentiori pater, qui filiacfamilias matrimonium vi patriae potestatis dissoluere vult, intercedente D. MARCI constitutione d), sine magna causa audiendum non est. Quin recepto hoc jure, longius, vt sit, perfectum est, atque teste HERMOGENIANO e) huc itum, vt magis de vxore exhibenda & ducenda pater, etiam si filiam vxorem in potestate habeat, a marito recte conueniri queat f).

C 2

§. VII.

- a) I. 1. 6. C. Eod.
- b) §. 2. l. de Hered. qual. & differ. I. 11. I. 12. I. 57. pr. I. 71.
§. 3. D. de Adquir. vel omittend. hered.
- c) I. 25. C. de Donat. inter vir. & vxor.
- d) I. 5. C. de Repud.
- e) I. 2. D. de Liber. exhibend.
- f) Conf. GERARDVM NOODT de Vsufructu Libr I. cap. 8.
Oper. Tom. I. pag. 360. ANTON. SCHVLT'INGIVS ad
Iul. Pauli Recept. Sent. Libr. V. Tit. VI. §. 15. not. 80. loc.
cit. pag. 463.

3



Glo,

§. VII.

*Qualis apud veteres Romanos fuerit status & conditio
filiorum familias, ostenditur.*

Enarrauimus huc vsque patriae potestatis Romanae effectus atque omnem illius, quantum hoc loco fieri potuit, ambitum, additis simul potioribus istis mutationibus, hac in re successu temporis factis, quas vel reipublicae salus, vel mutata reipublicae forma efflagitabat. Et ex his hucusque dictis sine dubio facili negotio ipse status filiorum familias, atque conditio potest intelligi, ratioque cognosci, quare & quo jure eos Jus Romanum inter homines retulerit, qui sunt alieni juris vel potestatis. Haud equidem patri, vt alii faciunt, effrenatam attribuimus saeuendi licentiam, atque ei olim jus vitae & necis tanquam judici tantum & magistrati doméstico, sine provocacione quidem competitissime diximus, sed seruatis tamen iis omnibus, sine quibus judicium peragi non poterat. Exemimus deinde filios filiasque familias e numero rerum, quibus eos hodienum annumerant plerique omnes, obloquente auctoritate legum & in primis JVLIQ PAVLO g), qui in suis heredibus euidentius apparere, dicit, continuationem domini eo rem perdúcere, vt nulla videatur hereditas fuisse, quasi olim hi Domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo domini existimantur, unde etiam filius familias appellatur, sicut pater familias, sola nota hac adjecta, per quam distinguuntur genitor ab eo, qui genitus sit. Quae fortassis via vñquam dixisset Paullus, si liberos rebus annumerasset, non vero personis. Itaque non tam immanem fecimus patriam potestatem, quam quidem singunt alii, & quam, quanta ea etiam fuerit olim, recentiores legislatores Romani tamen admodum restrinxerunt. Nicil tamen scieus ea tam magna atque Romanis tam propria est, vt JVSTINIANVS recte dixerit h), nulli alii sunt populi, qui tales in liberos potestatem habent, qualem nos habemus, vtque conditio

g) l. 11. D. de Liber. & posthum.

h) §. 2. l. de Patr. Potest.

conditio liberorum & status omnino semper fuerit talis, qualis esse debet eorum, qui vel maxime alieni juris & potestatis descendendi sunt. Nam durabat haec potestas in regula per omnem filii vitam, adeo, ut, etiam si contraxerit nuptias, non tantum ipse in patris remaneret potestate, sed & illius liberi in cuius essent potestate patria. Deinde filius in potestate constitutus, nisi rempublicanum tractet, & magistratus gesserit maximos, quo ipso jure recentiori liberabatur a patria potestate i), non tam reipublicae, quam potius familiae paternae membrum habebatur, atque, etiam si esset aetate prouectus, & maritus, sufficeretque liberos, in plurimis tamen negotiis non nisi imperio patris iustique judici domestico unice erat subjectus, & quidquid agebat, semper ad jussum & voluntatem patris sui suscipere debebat, atque igitur in negotiis fere omnibus dependebat a voluntate patris, & jussu, in cuius potestate viuebat. Quae cum ita sint, facile est ad intelligendum, quam recte & proprie Jus Romanum filios familias dixerit alieni juris & potestatis homines.

§. VIII.

*Transitus ad homines sui juris, & eos in primis qui
sub Tutela vel Cura viuunt.*

Diximus supra, ubi patriae potestatis Romanae conditionem delineauimus, fuisse eam olim infinitam, & per omnem patris filiique vitam durasse. Sed quamuis haec ita, ut dixi, se habeant, legesque ciuiles huic patriae potestati admodum raro imponant finem; tamen ea non tantum ex naturae & juris necessitate finiebatur, sed ex ipsa etiam patris voluntate libera finiri poterat. Fuisse autem ejusmodi modos finiendi patriam potestatem plures, vel ex inscriptione tituli digestorum: *de adoptionibus & emancipationibus & aliis modis, quibus potestas patria soluitur,* intelligimus, quos tamen hoc loco non attinet dicere. Hoc tan-

C 3

tum

i) §. 4. l. Quib. mod. jus patr. potest. soluit. l. 5. C. de Consulib.
Novell. LXXXI. cap. 1. 2. 3.

3



Slo,

tum addimus, per hos modos semper quidem a parte patris, non vero simul semper a parte filiusfamilias jus patriae potestatis fuisse solutum. Quodsi vero & ipse filiusfamilias vel hoc vel illo modo liberaretur a patria potestate, statim desinebat esse, qualis fuerat olim, homo alieni juris, siebatque sui juris suaequae potestatis, vno verbo paterfamilias. Fiunt itaque patres matresque familias ii eaeque omnes, qui exent e patria potestate, quo-cunque denum tempore id fiat. Sed nascuntur interdum etiam tales, vel qui extra legitimum matrimonium, vel qui posthumus post mortem patris nascuntur. Habemus itaque patresfamilias infantes, juvenes, viros, senes. Quae summa hominum sui juris diuersitas diuersa peperit jura variasque eorum hominum diuisiones. Longum nimis alienumque quodammodo ab hoc loco esset, si singulas has hominum diuisiones recensere, atque simul etiam diuersitatem jurium addere vellemus. Taceo itaque istas annorum hebdomadas adeo celebratas apud veteres non Stoicos k) tantum, sed & alios viros doctos atque prudentes l), qui septimum quemque annum aetati signum & nomen imprimere existinabant. Praetereo & istam SERVII TVLLII distinctionem hominum, cuius mentionem facit GELLIVS m), & ad quam respexisse videtur VLPIANVS n). Sed istas CONSTANTINI M. quinque hominum aetates, in enodando plurium legum sensu genuino apprime vtiles, hoc loco silentio praeterire non possum o). Primam earum Pueritiam dicit

- k) SENECA de Beneficiis Libr. VII. cap. 1. PLVTARCHVS de Placitis Philosophor. Libr. V. cap. 24.
- l) HIPPOCRATES in libr. de Carnibus sub finem, & Aphorism. XXXVIII. SOLON in Elegiis apud Clementem Alexandr. Libr. VI. Stromat. GELLIVS Noct. Atticar. libr. III. cap. 10.
- m) Noct. Atticar. Libr. X. cap. 28.
- n) I. 8. §. 10. D. de Transact.
- o) Exstat haec diuisio in I. vnic. Cod. Theodos. de His, qui veniam aetatis impetr.

dicit vsque ad pubertatem, atque ea alias simpliciter *prima aetas*, vel etiam *infantia* appellatur p). Secunda actas *adolescentiae* est, eique terminos ponit ab anno quinto decimo ad vicefimum vsque, cui tribuit plenam perfectamque adolescentiam. Exinde tertiam aetatem jam constituit CONSTANTINVS firmatam scilicet, post vicefimum annum, ad exemplum Virgilii q), qui

Hinc, ait, *vbi jam firmata virum te fecerit aetas.*

Hanc excipit aetas quarta, quam legislator legitimam seu *robustissimam juuentutem* dicit, atque eam a firmata separat non tantum CONSTANTINVS, sed & JVSTINIANVS r). Incipit autem haec legitima juventus ab anno aetatis quinto & vicefimo, termino per legem Laetorianam jam olim definito. Quintam denique ultimamque aetatem CONSTANTINVS facit *senectutem*, de qua non opus est, vt plura addamus. Prouti autem quis vel hujus erat vel illius aetatis, multis in negotiis alio prorsus atque diverso vtebatur jure, ratione cuius diuersitatis hoc unicum tantum subiungimus, istos sui juris homines, qui *primae sunt aetatis apud Romanos semper alterius tutela regi*, qui sunt *secundae & tertiae*, in *curatione viuere*, denique *quartae & quintae aetatis homines*, regulariter *neutro jure teneri*. Sed omisis reliquis omnibus, ad eos accedimus sui juris homines, qui, vti ait CONSTANTINVS M. *primae sunt aetatis, secundae & tertiae*, & ad tutelam, cui subsunt, curationemue, de quibus, sed non nisi ea hoc loco expedienda sunt, quae res, quam pertractare suscepimus, & instituti ratio postulat.

§. IX.

Definitio Tutelae & Curae & viriusque differentia.

D^{icitur} definitionem tutelae quod attinet, nam placet ab ea ordiri disputationem nostram, de ea vix est, vt diu finis solliciti,

cum

p) I. penultim. C. de Impuber. & aliis substit. I. vlt. C. de bonis, quae liber. conf. SENECA Consolat. ad Marciam, cap. 20.

q) Elog. IV. vers. 37.

r) I. vlt. C. de His, qui veniam aetatis imperit.

3



Glo,

cum SERVIVS SVLPICIVS, iste summus definiendi artifex, qui teste CICERONE s) primus omnium hanc artem, omnium artium maximam attulit ad ea, quae confuse ab aliis aut respondebantur, aut agebantur in jure, quid sit tutela, jam olim explicauerit. Ait autem JCtus noster t): *Tutela est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter aetatem se defendere nequit, jure ciuili data & permissa.* Dicit ergo SERVIVS tutela est vis & potestas. Alii malunt *jus & potestas*, auctore Theophilo u), sed libri juris ciuilis constanter legunt vis & potestas, & admodum frequens est horum verborum conjunctio, idem significantium, apud veteres tam juris auctores x), quam ceteros scriptores y). Cum autem potestatis vocabulum plura significet, & patri competit in liberos, domino in seruos, magistratu in subditos, ne haeret lector, & potestatem vel patriam, vel dominicanam intelligat, addit SERVIVS in *capite libero*, i. e. in pupillum, ciuem Romanum, qui in nullius est manu, vel potestate, nec relistik, si dicta verba de pupillo intelligamus, loquendi forma, quae apud veteres vltatissima est, quoque amasse scimus ejusmodi casuum mutationem, dictionisque anomaliam z). Pergit SERVIVS *ad tuendum eum*, quae verba, si, quae proxime antecedunt, de pupillo intelligentur, nouam dictionis anomaliam exhibent; nam grammatice dicendum erat: *ad tuendum id*, sc. caput, sed denuo non insolens est veteribus, in sermone facere relationem ad verborum sensum, non ad verba, quibus

is

s) In Bruto, Cap. 41.

t) §. 1. I. de Tutela, l. 1. pr. D. Eod.

u) In Paraphrasi Institut. ad Tit. de Tutela.

x) l. 17. D. de Legibus. §. 3. I. de Interdict.

y) TACITVS Histor. libr. II. cap. 29. GELLIVS Noct. Atticar. libr. V. cap. 19.

z) GELLIVS loc. cit. CICERO de Inuent. Libr. II. cap. 50. ad Heronnum Libr. I. cap. 13. addatur IOAN. FRIEDR. GRO-
NOVIVS ad Liuium Libr. II. cap. 14. not. 1.

is sensus continetur, cuius rei exempla dedit GERARDVS NOODT a). Tueri autem, quo vocabulo vtitur JCtus, est seruare, curare, custodire, defendere, quare tutela defensio-nem, curam, conseruationemque denotat. Sed cuius? Ejus, inquit SERVIVS, qui propter aetatem se defendere neguit, atque igitur ex vsu sui temporis loquitur de tutela impuberum, & pu-pillorum, quae per aetatem a tutela mulierum perpetua distin-guebatur b). Cladunt definitionem verba: *jure ciuili data & permissa*. Scilicet tres constituant jura Romana tutelae species, testamentariam, legitimam, datiuam, ad quas his verbis respe-xisse videtur JCtus, nam legitimum tutorem *dant* leges imme-diate, reliquos vero *permittunt* tantum ab aliis dari, & testa-mentarium quidem a testatore, datiuum autem a magistratu. Tantum de tutela, sequitur definitio *carae vel curationis*. Est autem ea vis & potestas in capite libero ad tuenda illius bona, qui, pubes factus, vel propter aetatem minorem, vel, si sit ma-jor, ob animi corporisque vitium rebus suis superesse ne-quit. Quae verba clara sunt sine dubio, nec vlla indigent expli-catione ulteriori. Sed nec minus facile ex his duabus definitio-nibus potest intelligi, quae inter tutelam & curam, inter tuto-rem & curatorem intercedat differentia. Scilicet, tutor tantum impuberi datur c), curator vero in primis puberi, partim mi-nori XXV. annis ex edicto M. ANTONINI d), partim majo-ri quidem XXV. annis, sed animi corporisque vitio laboranti; praetera tutela personarum est e), cura vero bonorum & ne-gotiorum,

a) Obseruat. Libr. I. cap. 4. in fine.

b) VLPIANVS Fragm. Tit. XI. §. 1. 25. 27. apud SCHVLTIN. GIVM loc. cit. pag. 594 & 603.

c) I. 3. D. de Tutela.

d) CAPITOLINVS in vita Marci cap. 10. Conf. IOANN. AVG. BACHII, Viri Clarissimi & Iurisconsultissimi Histor. Iurispr. Roman. Libr. II. cap. 1 t. §. 27. & libr. III. cap. 11. Sect. III. §. 6.

e) §. 4. I. Qui testam. tutor. dari poss.



gotiorum, tutor ejus, qui sponte se tueri nequit, curator ejus, qui negotia sua idonee tueri non potest, hinc libera est minoris persona f), pupilli vero non est, vt vel propter hoc discrimen pupillus non se obliget sine tute, cum tamen etiam sine curatore obligetur is, qui suae tutelae factus est g). Est & ista differentia, quod tuto habenti tutor amplius dari possit nullus, sed curator tantum h), cum tamen curatorem habenti, quo minus alius curator detur, regula juris non est impedimento i). Rationes & causas hujus differentiae, vt & exceptions ab hac regula dederunt alii, atque nominatim JACOBVS CVJACIVSk) & ARNOLDVS VINNIVS l), quas, tanquam alienas ab hoc loco, non addimus, sed, qui scire eas cupit, eum remittimus ad *Cujacium Vinniumque*, Viros summos atque Jureconsultissimos,

§. X.

De Officio Tutorum & Curatorum.

Sic intelligimus, puto, quid sit tutela, & tutor, quid cura atque curator. Sed quamvis ex iis, quae §. anteced. disputauimus

f) I. 20. D. de Ritu Nupt. I. 8. C. de Nupt.

g) Vid. JACOB. CVJACII Paratit. Digest. Libr. XXVI. Tit. I. de Tute.

h) §. 5. I. de Curator. I. 27. D. de Testam. Tute. I. 9. C. qui pet. tutor. I. 9. C. qui dare tutor.

i) I. 20. §. 1. D. de Tutorib. & Curatorib. datis ab his, qui jussu dant. hab. Inscriptio Tituli Codicis: *In quibus casibus tute, vel curatorem habenti tutor vel curator detur, & I. 10. C. Qui tutor. dar. poss. quae obstat videntur, corruptae sunt, & emendatae a GERARD. NOODT in Commentar. ad Pandect. Libr. XXVI. Tit. V. circa finem.*

k) In Parat. ad Tit. Cod. *In quibus casibus tute, vel curatorem habenti tutor, vel curator detur.*

l) In Comment. ad Instit. Libr. I. Tit. XXIII. §. 5.

mus, simul etiam officium vtriusque in genere possit cognosci; tamen instituti ratio vult, vt tam tutoris, quam curatoris officium paullo copiosius distinctiusque exponamus. Faciamus a tute-
re iustum. Is, qui in tutela viuit, & in quem tutori compe-
tit ista vis & potestas, de qua modo diximus, *Pupillus* audit.
Pupillus, inquam, quod vocabulum proprie denotat eum, qui
sui juris est, sed tamen in tutela viuit. Quia de causa Poppaea
Neronem, maritum suum, aliquando per facetias *pupillum* vocat
apud TACITVM m), quasi, sui juris quidem, sed alienis ta-
men jussibus, Agrippinae felicet matris sua, obnoxium. At-
que differt pupillus ab *impubere*. Nam impubes etiam dicitur is,
qui sub potestate patris agit, & in genere per hoc vocabulum in-
primis aetas parua, per illud antea dictum autem status & condi-
tio significatur n). Sed redimus ad *pupillum*, & ad istam vim
ac potestatem, quam tutoribus in *pupilos* competere diximus.
Duabus autem potissimum partibus absolui hanc tutorum pote-
statem, *administratione* felicet & *auctoritate* non tantum ex JV-
STINIANO discimus, qui tam in Pandectis, quam in Codice in
diuersis titulis loquitur separatis primo de illa, deinde de hac,
sed & ex VLPIANO, qui *pupillorum*, inquit o), *pupillarum*
qua *tutores* & *negotia gerunt*, & *auctoritatem interponunt*, mu-
lierum autem *tutores* *auctoritatem* tantum interponunt. Ex qui-
bus *Vlpiani* verbis praeter id, cuius causa ea adduximus, simul
intelligimus, *administrationem* tutoris idem esse ac *negotiorum*
pupillarium gestione. JVLIVS PAVLVS p) eam *prudentiam*
pupillare dicit, atque quantum ad eam attinet, *tutor* in-
quit, *domini loco haberi* debet. Ut autem intelligamus, quid de-
mum sit ista *prudentia* *pupillaris*, sciendum, eam pertinere
vel ad exhibendam *pupilli* personam, vel ad res *pupilli* admini-
strandas.

D 2

- m) Annal. Libr. XIV. cap. I.
- n) l. 239. D. de Verb. Signif.
- o) Frigm. Tit. XI. §. 25. apud SCVLTINGIVM l.c. pag. 603.
- p) l. 27. D. de Administrat. & pericul. Tutor. & Curat. l. 157.
D. de R. I.

3



Glo,

strandis. Prima autem officii pars & principalis ad pupilli personam spectat, eaque continet integrum illius exhibitionem. Atque ea quidem tribus potissimum absoluuntur partibus. Vna est? ybi pupillus educari atque morari debeat, id quod ex personas ex conditione & ex tempore definiendum q), ita tamen, vt **v**bicunque alatur, sine maligna suspicione alatur, vtque euitentur ii, qui pudicitiae impuberis insidiari possunt r). Deinde pupillo alimenta decernenda, id est, victus, vestimenta, item famuli necessaria, & pro facultatibus quidem pupilli atque dignitate natalium & conditione illius s). Tandem pupillo de disciplina prospiciendum consulendumque. Tutor enim non minus moribus pupilli praeest, quam illius rebus t). Et hactenus de exhibitione pupilli, quam excipit rerum pupillarium administratio. In eam autem veniunt actiones, solutiones, erogationes, alienationes. Et habetur tutor hac ex parte loco domini, adeo vt, cum jure ciuili nemini liceat alieno nomine experiri, tamen tutorio nomine liceat, id, quod pupillo debetur, petere, neque opus sit cautione, pupillum ratam rem habiturum u). Sed quanvis haec ita, vti dixi, se habeant, tamen tutor, administrationem tutelae quod attinet, tantum *loco* domini est, non ipse rerum pupillarium dominus. Hinc antequam ipsam administrationem gestionemque tutelae suscipiat, statim & ea quidem forma, quam praescribunt leges x), rerum pupillarium inventarium confidere tenetur, quo constet earum rerum quantitas. Deinde multis in negotiis admodum restricta est illius potestas, ita, vt ea non, nisi accidente decreto magistratus per-

g) I. i. §. 1. D. Vbi pupillus educari vel morari debeat.
r) I. 5. D. Eod.

s) l. 13. pr. D. de Administr. & pericul. tutor.

t) l. 12. §. 3. D. Eod.

u) l. 22, l. 23, D. Eod.

x) l. 24. C. de administr. Tutor. I. vlt. Cod. Theod. Eod.

geret queat, id quod deprehendimus in solutionibus y), & alie-
nationibus z). Et si quid praeterea egerit tutor, quod magis
ad perditionem, quam ad administrationem accedat, v. g. si
quid gratis remiserit, donarit, id omne pupillo non nocet a).
Vt itaque constet, qua ratione & modo gesferit tutelam, finita
ea rationes reddere debet, atque si quid vel commisserit, vel
omisserit, quod sit officio tutelae contrarium, & in quo arguitur
ejus dolus vel culpa lata & leuis, judicio tutelae tenetur b). Sed
haec quidem de *administratione* dixisse sufficient, a qua veteres
cum separarent *auctoritatem* tutorum, qualis ea fuerit olim, nunc
paucis inspiciamus. Scilicet tutor, quamvis omnia, quae tam
ad exhibendam pupilli personam, quam ad administrandam illius
bona pertinent, curare debeat, tantum tamen abest, vt ipse sin-
gula, quae hoc pertinent, expediat, vt potius pupillus nonnulla
negotia solus, in favo etiam tute, alia vero ipse quidem, sed
accidente tamen auctoritate tutoris peragere queat. Loquor au-
tem de pupillo, qui sari potest. Nam infans nunquam ex au-
ctoritate tutoris, sed semper per tutorem gerere & agere dic-
tur c). Est autem haec auctoritas folleminis & expresa appro-
batio ejus, quod pupillus gerit. JVSTINIANVS eam dicit d)
suasione perfectissimam & differt a consensu. Etenim auctori-

tas semper sollemnitatem, consensu vero nullam habet e). Pu-
llus
y) l. 25. l. 27. C. de Administr. tutor. §. vlc. l. Quibus alienare
licet, vel non.
z) 1. pr. §. x. & 2. D. de Rebus eorum, qui sub tutela vel cura
funt, sine decreto non alienand. l. 11. C. de Praediis, &
aliis reb. minor. sine decret. non alienand.

- a) l. 22, D. de Administr. & peric. tutor.
 - b) l. 1. pr. D. de Tutel. & ration. distrahend.
 - c) l. 1. §. 2. D. de Administrat. & pericul. Tutor. l. 9. D. de Ad-
quirend. vel omittend. heredit.
 - d) l. 4. C. de Auctorit. praefstand. l. 3. D. Eod.
 - e) l. 1. §. 13. D. ad Sct. Trebell. l. 19. D. de Auctorit. Tutor.



pillus itaque, qui est infantia major aut pubertati proximus ipse sua peragit negotia, sed accedente auctoritate tutoris. Alias nec velle, nec nolle creditur in ea aerata, nam, quod animi judicio fit, in eo auctoritas tutoris necessaria est, ait CELSVS f). Desideratur tamen haec tutoris auctoritas in iis tantum negotiis, quibus pupillus conditionem suam facit deteriorem, v. g. si agit, quo obligari possit, aut jus suum amittere, vel immuinuere, vel si alienat, quae negotia omnia, nisi auctore tute gesta sint, pupillum non tenent, quamvis is, qui cum pupillo contraxerit, ei teneatur g). Contra vero tutoris auctoritas necessaria non est iis in negotiis, quibus pupillus conditionem suam reddit melioram, veluti si ab alio sibi stipuletur, aut ei donetur, vel remittatur quid h); quae negotia pupillus libere & solus & inscio etiam tute peragere potest. Et hactenus liquet, quae & qualis sit ista tutoris vis & potestas in capite libero. Sequens locus est, ut curatoris officium paucis expendamus. Antequam vero id fiat, monuisse juuabit LL. XII. Tab. nihil plane de puberum curatoribus fuisse cautum, easque tantum furiosis atque prodigis & iis quidem, qui jure ciuili parentibus ab intestato erant heredes, hac in re prospexit i). Lata est deinde lex Laetoria, quae adolescentibus, non omnibus, sed lasciuis tantum & dementibus curatores dari jussit k). Hinc, qui minori XXV. annis curatorem dari postulabat, is necesse habebat alteram harum causarum exprimere. Sed cum hoc a publica utilitate remotum esset, M. ANTONINVS deinde statuit, ut omnes minores acciperent curatores, causis non redditis, i. e. etiam si non probaretur, eos esse furiosos,

f) l. 189. D. de Regul. Jur.

g) Pr. l. de Auctofit. Tutor. l. 9. pr. §. r. 2. D. Eod.

h) Pr. l. & l. 9. §. r. 2. D. de Auct. Tutor. l. 2. D. de Acceptilat.

i) ANTON. SCHVLTINGIUS ad Vlpiani Fragmenta Tit. XII. §. 3. not. 9.

k) JOAN. AVG. BACHII Viri Clariss. & Doctiss. Hist. Jurisprud. Roman. Libr. II. Cap. II. §. 27. pag. 144.

furiosos, aut lasciuos, & prodigos l). Exinde itaque duplex potissimum facta est cura, alia furiosorum aut prodigorum, alia minorum. Sed, omisla ista, hoc loco nobis tantum sermo est de curatore minoris ejusque officio, qua de re non nisi pauca quae-dam dicenda restant. Scilicet curator ei tantum datur, qui negotia sua idonee tueri non potest, itaque bonis & rebus tantum datur, non personae, quare minoris persona libera est, pupilli non est, prouti diximus §. IX. Proinde minor in iis negotiis, quae primario ad ejus personam pertinent, ab arbitrio curatoris sui non dependet, sed quidquid hac ex parte agit, ex animi sui sententia agit, atque v. g. inconsulto curatore & sponsalia celebrat, & iustas contrahit nuptias m). Nam officium curatoris tantum in administratione bonorum consistit, & negotiorum. Cum autem pupillus, qui fari potest, meliorem semper possit facere conditionem, etiam inscio tutore, & reliqua negotia auctore tute ipse semper peragere queat; facile potest cognosci, minorem, quamvis laborat lubricitate actatis, cum tamen ad res gerendas magis maturus sit, quam pupillus, jure meritoque majori, quam pupillum, vti libertate agendi. Sed quanta? tan-ta, vt in iis negotiis, quae pertinent ad illius bona remque familiarem, & per quae illius conditio possit fieri deterior, curato-
ris sui consensu habeat opus n).

§. XI.

l) CAPITOLINVS in vita M. Antonini cap. 10. JOAN. AVG. BACHIVS, V. C. loc. cit. Libr. III. Cap. II. Sect. III. §. 6. pag. 453. 454.

m) I. 20. D. de Ritu nuptiar. I. 8. C. de Nupt.

n) I. 26. C. de Administr. Tutor. Vid. GERARD. NOODT de Pactis & Transactionibus Cap. XX. Oper. Tom. I. pag. 370. 371. Qui vir summus loc. cit. & susfulit scrupu-lum, quem mouere videtur MODESTINVS I. 101. D. de Verb. Obligat.

3



Slo,

§. XI.

*De Statu & Conditione eorum, qui sub Tutela
vel Cura viuunt.*

Hucusque ostendi, qualis & quanta sit ista tutorum curatorum-
ue vis & potestas in pupillam & minorem eorum tutelae &
curae subiectum. Proximum est, vt dispiciamus, qualis sit sta-
tus atque conditio eorum, qui in tutela viuunt vel cura atque,
vtrum sui sint, an vero alieni juris homines. Diximus de ea re
jam jam sententiam nostram §. VIII. quae communis est JCTorum
tantum non omnium, atque eos sui juris hominibus, patribusque
familias annumeravimus. Nil itaque restat, quam, vt subjungam
hujus antea dictae sententiae rationes & causas. Patet autem
hujus sententiae veritas tam ex conditione pupillorum atque mi-
norum, in tutela & cura viuentium, quam ex auctoritate Juris Roma-
ni, quod pupilos & minores expresse satis refert inter sui juris homi-
nes patresque familias. Conditionem eorum quod attinet; in potes-
tate quidem viuit vterque, sed ideo neuter eorum alienae est potestas
eo in sensu, quo dicuntur homines alienae potestatis in Jure Ro-
mano, & quem dedimus §. II. Deinde, quamuis & patri & tutori tri-
buatur potestas, longe alia tamen est potestas, quae competit pa-
tri in liberos, atque alia, quae concedunt iura tutoribus curato-
ribusque in pupillum & minorem, prouti ex iis, quae hucusque
de vtraque hac potestate disputauimus, per quam facile potest
intelligi; quare ea, quae jam dicta sunt, denuo repetere nolu-
mus. Ut ilius proinde erit, opinor, huic argumento, a diuersi-
tate potestatis desunto, addere auctoritates legum, vt exinde
cognoscamus, leges pupillos atque minores, etiam si in po-
testate, nihil feci tamen semper inter sui juris suaeque potestatis
homines retulisse. Ex ipsis autem fere innumeris juris nostri capitu-
bus, quae hunc in finem excitare possum, unum tantum & alterum
labo, & primum quidem ex VLPIANO. Hic autem JCTus Pu-
illum patrem familias appellari ait o). Pupillum, inquam, id
est,

o) l. 195. §. 2. D. de Verb. Signif.

est, eum, qui, cum impubes est, desit in patris potestate esse, aut morte patris aut emancipatione, teste POMPONIO p). Sed hi pupilli semper in tutela viuunt, nam, *non est pupillus, qui in utero est*, inquit VLPIANVS q) & quare? ideo, puto, quia is, qui adhuc in utero est, in tutela non est, ergo non pupillus. Itaque qui in tutela viuunt, patresfamilias appellantur in jure nostro. At patresfamilias sunt, qui sunt *suae potestatis*, siue puberes, siue impuberis r), qui *in domo dominium habent* s), qui sunt *familiarum suarum principes & sui juris* t). His, quae hactenus veluti per ambages diximus, addimus JVSTINIANI testimonium luculentissimum, qui, posteaquam de alieni juris hominibus, quantum satis est, dixit; *Transcamus, inquit u), nunc ad aliam diuisionem personarum. Nam ex his personis, quae IN POTESTATE NON SVNT, quaedam vel IN TUTELA SVNT, vel IN CVRATIONE, quaedam neutro jure tenentur.* Itaque, qui in tutela viuunt vel in cura, in potestate non sunt, id est, non sunt alieni, sed sui juris, & patresfamilias. Sed aduersus haec, quae dixi, scrupulum mouere videtur JVLIVS PAVLVS, quando ait x): *Obligari potest patresfamilias, suae potestatis, pubes, compos mentis, ex quibus verbis sequi videtur, esse patresfamilias vel suae potestatis, vel alienae, cui sententiae ingens robur addere videtur auctoritas summa JACOBI CVJACII, qui ob verba *Julii Pauli* ante dicta, ait y): Qui quaeue *suae tutelae non est, nec suae potestatis est.**

E

Sed

p) l. 239. pr. D. Eod.

q) l. 161. D. Eod.

r) l. 4. D. de His, qui sui vel alieni juris sunt.

s) l. 195. §. 2. D. de Verb. Signif.

t) VLPIANVS Fragm. Tit. IV. §. 1.

u) Pr. I. de Tutela.

x) l. 43. D. de Obligat. & Actionib.

y) Obseruat. Libr. XXI. cap. 23. adde EDMVND. MERILLIVM
Variant. ex Cujacio Libr. III. cap. 21.

3



Glo,

Sed ludos facit CVJACIVS, quemadmodum ex iis intelligimus, quae idem ille *Vir summus* alio in loco ad eadem *Julii Pauli* verba disputauit ²⁾, vbi omnes eos, qui in tutela viuunt, vel cura, sui juris suaeque potestatis esse ait, atque dicta Pauli verba, vno tenore, vno spiritu legenda esse existimat ita, *obligari potest paterfamilias suae potestatis*, quasi verba haec in se continent breuem patrisfamilias definitionem. Recte an secus haec dixerit *Cujacius*, nostrum non est, hoc loco disquirere, quamvis hoc praeterire non possimus, veriorem, ex nostra fententia, esse interpretationem, istam, quam de his verbis dedit GERARDVS NOODT ^{a)}, quam quidem nobis haec Cujaciana esse videtur. Quidquid autem sit, sufficit, ipsum etiam *Cujacium* eos qui in tutela viuunt, aut in cura, sui juris suaeque potestatis hominibus annumerasse. Nam quamuis vterque, pupillus & minor in potestate sit, ille in tutoris, hic autem in curatoris, neuter tamen eorum alienae potestatis est, vel ideo, quod in hac diuisione vox potestatis stricte accipitur, & per excellentiam tantum de dominica & patria, quoniam haec certis & luculentis effectibus jure sunt praeditae, quibus aliae potestates tutoris, v. c. ac curatoris, earent, adeo, vt qui harum neutri est subiectus, vt pupillus & minor, quamvis in potestate sit, sua tamen potestatis, siveque juris constanter dicatur.

§. XII.

Transitus ad Caput Disputationis secundum.

Expositis, quae erant dicenda pro intellectu Juris Romani, quo ad istam quaestionem, quam hoc in libello pertractare suscepimus, ne diutius in republica aliena versemur, in patriam jam reuertimur, visuri,

Quid dominibus nostris praui rectiue geratur.

Digna autem res est animaduerfione omnium, quibus turpe est, jus

²⁾ In Recitationib. follemnib. ad l. 43. D. de Obligat. & Actionib. Oper. posth. Tom. IV. Part. poster. pag. 401. 402.

^{a)} De Pactis & Transactionibus cap. XX. Oper. Tom. I. pag. 370.

ius, in quo quotidie versamur, ignorare, quibusque studium est, jurisprudentia paulo solidiori ad ingenii lumen procedere, quid majoris nostri de statu liberorum in patria, & de statu puerorum, in tutoria potestate viuentium existimarent olim. Et enim, quemadmodum legum XII. Tab. insignis est ad studium Juris Romani recte diligenterque persequendum utilitas, cum omnis Juris Romani origines contineant, atque sine earum scientia, mediae jurisprudentiae capita, quae nihil aliud sunt, nisi istarum legum supplementa, recte intelligi nunquam possint, quare etiam olim LIVIVS b) eas dixerit *fontem omnis juris tam publici quam priuati*; ita in jure nostro Germanico id, quod in ipsis rerum argumentis quotidie obtinet, bene recteque intelligere non possumus, nisi mores majorum nostrorum, & antiquitates Germanicas accurate perspiciamus, nam leges recentiores plerumque ex antiquis moribus quaedam retinent, aut, illis saluis, alia addunt, quae sine priorum noriti perfecte intelligi nequeunt. Itaque quod CICERO olim de XII. Tab. dixit c). *Fremant omnes licet, dicam, quod sentio, bibliothecas me hercule omnium philosphorum unus mibi videtur XII. Tab. libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere & utilitatibus obvertat superare;* id ego non dubito, de moribus veterum Germanorum, quos expressos videamus in legibus variorum Germaniarum populorum antiquiorum, in Capitularibus Regum Francorum, & speculis Saxonic & Alamannico, praedicare. Et ob eam causam rationemque, age, videamus jam, quid majoribus nostris ea in re, de qua nobis sermo est, olim placuerit. Olim inquam, id est iis temporibus, quibus non tantum ipsi Germaniae populi nullis aliis aliarum nationum nuptiis infecti, propriam & sinceraam & tantum sui similem gentem constitue-

E 2

bant,

b) Libr. III. cap. 34. conf. JACOB. GOTHOFREDI Quatuor Fontes. I. C. Libr. I. cap. VII. pag. 28 seqq. & EVERARD. OTTONIS Dissert. de LL. XII. Tab. cap. X.

c) De Oratore Libr. I. cap. 44.



bant, sed quibus etiam eorum mores, nullis peregrinis juribus immutati, proprium constituebant jus & sincerum, & vere Germanicum. Quamuis autem his temporibus, & in tam numerofa gente jus nostrum Germanicum non ad infinitam legum multitudinem varietatemque excreuerit, sed, vt in quauis bene constituta republica, plus ibi valuerint pauci bonique mores, quam alibi multiae & bonae leges d); tamen majoribus nostris celebris ista hominum diuisio in eos, qui sunt sui & qui sunt alieni juris, non fuit incognita, sed longe alter tamen hanc diuisionem explicabant majores nostri, quam quidem Romani. Hi omnes eos sui juris itaque potestatis esse ajebant, qui nec in patria erant, nec in dominica potestate. Germani vero jam inde ab antiquissimis temporibus non modo liberos & seruos in potestate parentium & dominorum, sed & vxores in potestate maritorum, pupillos atque minores in potestate tutorum, libertos etiam in potestate eorum, ad quos fese adplicassent, esse dicebant, atque igitur vxores, pupillos, minores, libertos non sui, sed alieni omnino juris, alienae potestatis esse existimabant. De singulis his alieni juris hominibus disserere non fert instituti ratio, neque etiam hujus loci est; itaque, omissis vxoribus & libertinis, ad pupillos atque minores reuertimur, & ad probacionem ejus, quod diximus, scilicet, eos olim apud majores nostros nunquam sui, sed semper potius, quamdiu eorum tutela durarit, alieni juris fuisse & potestatis.

§. XIII.

Probatur, Eos, qui in Tutela viuebant, semper olim alieni juris fuisse, primo, ex more loquendi, in Legibus Germanorum antiquis usitato.

Est itaque mihi in animo, aliqua cum cura ostendere, &, ut res meretur, probare, olim apud majores nostros non tan-

tum,

d) TACITVS de Morib. German. cap. 19. Annal. Libr. III. cap. 26. 27.

tum, qui in parentum erant potestate patria, sed praeterea omnino etiam eos, qui erant in tutela, semper alieni juris vel potestatis fuisse, atque hac ex causa eos & filios filiasque familias aequali usos esse jure. Patet autem hujus rei veritas & certitudo primum quidem, si quid video, ex communi & promiscuo more loquendi in legibus Germanorum antiquis usitato atque recepto. Scilicet, de usu promiscuo vocabuli *Potestas* & synonymorum loquor. Est autem potestas in jure nostro patro idem ac protectione, defensio, tutela, atque apud maiores nostros omnium frequentissime *Mundium* item *Mundiburdium* dicitur. Hoc infinitae latinitatis vocabulum descendit a Germanico *Mund*, os, atque maiores nostri ideo potestatem tuitionemque *Mundium* a vernaculo *Mund* dixisse videntur, quia, quemadmodum bene monuit JOAN. GOTTLIEB HEINECCIVS e) ad eorum, qui *alios in potestate habent, officium pertinet, eis ore praecipere, eosque verbis, quoties opus est, defendere.* Hinc veteres pro *in mundio esse* saepe dicebant, *in verbis, in sermone, in ore esse;* v. g. *Lex Salica* f), quae: *si vero puella, inquit, quae trabitur, in VERBO REGIS fuerit, propter fredum,* & quae sunt reliqua. In *mundio* itaque vel *mundiburdio*, sive, quod idem est, in potestate, in tutela, in protectione, in defensione esse dicitur usu promiscuo tam filius, qui est in patria, quam pupillus, minor, ceterique omnes, qui sunt in tutoris potestate. Et de filio filiae familias id, quod dixi, satis probant *Leges Longobardorum & Alamannorum.* Leges Longobardorum constituunt g). Si quis puellam aut mulierem per quamlibet occasionem occiderit, componat Solid. MCC. medietatem parentibus ejus, ad quos MVNDIVM de ea pertinet, & medietatem Regi, &c. In legibus

E 3

Ala-

- e) In Elem. Jur. Germ. Libr. I. Tit. VI. §. 132. not.
- f) Tit. XIV. §. 5. adde Tit. LIX. ej. *Legis Salicae.*
- g) Libr. I. Tit. IX. §. 13. alia exempla existant ibidem Libr. I. Tit. XVI. §. 1. Tit. XXX §. 3. Libr. II. Tit. 1. §. 4. Tit. LV. §. 2. apud LINDENBROGIUM in Codice legum antiquarum.

3

56,

Alamannorum autem cauetur h), vt, si raptor alterius vxorem rapuerit, eamque sibi junxerit & ex ea filios vel filias habeat, *hi non sint illius, qui eos genuit, sed ad illum priorem maritum MVNDIO pertineat.* Plura exempla dederunt FRIEDR. LINDENBROGIVS i) & CANGIVS k), quos adeant ii), qui plura scire cupiunt. Pergo ad eos, qui postquam e patria potestate exierunt, vel ob minorem aetatem, vel ob sexus imbecillitatem in alterius tutela viuunt, de quibus jura nostra patria antiquiora eundem seruant loquendi usum. Prouoco hunc in finem ad *Leges Wisigotorum l), Saxonum m), Frisionum n), Longobardorum o), Alamannorum p)*, quae omnes, pupilos, minores, & feminas, quarum tutela olim apud plerasque originis Germanicae gentes erat perpetua, in tuitione, potestate, protectione & mundo maritorum, propinquorum & in genere tutorum vixisse abunde nos docent. Ex his hucusque dictis sufficienter, puto, patet, omnes eos, qui vel in parentum erant, vel in tutorum potestate, secundum jura nostra patria olim semper in mundo fuisse. Sed qui in mundo erant, ii omnes majoribus nostris alieni juris & potestatis erant, eodem fere modo, ac apud Romanos ii, qui in alterius manu erant, atque sui juris habebantur ii tantum, qui sine mundo viuebant q), aut in suae potestatis arbitrio & Selpmundo, quos omnes Amund veteres, &

Fulfreal,

- h) Tit. LI. §. 1. & 2. add. Tit. LIV. §. 2. loc. cit.
- i) In *Glossario ad citat. Codicem Legum antiquarum voc. Mundus burde, Mundium.*
- k) In *Glossario mediae & infimae latinitatis voc. Mundium.*
- l) Libr. IV. Tit. III. §. 1. 3. 4.
- m) Tit. VII. §. 2.
- n) Tit. IX. §. 3.
- o) Libr. I. Tit. IX. §. 12. 13. Tit. XXX. §. 11.
- p) Tit. LIV. §. 1. 2. 3.
- q) *Leges Longobard.* Libr. II. Tit. X. §. 1.

Fulfreal, quasi *vollfrey* dicebant r). Quemadmodum autem olim omnes, qui tam in parentum erant potestate patria, quam in potestate tutorum vsu promiscuo, & sensu eodem *in mundio esse* & viuere dicebantur, ita etiam ii, in quorum potestate & mundio viuebant hae personae, promiscue sive de parentibus sermo sit, sive de maritis, sive de tutoribus in specie sic dictis, apud maiores nostros *Vormunde* appellantur. Et de tute non opus esse videtur, vt id, quod dixi, testimoniis veterum probem, cum ille adhuc hodie in lingua populari constanter dicatur *Ein Vormund*. Simili modo iis in lacis, vbi viget hodie tutela seminarum perpetua, maritus vsu constanti & perpetuo dicitur *seiner Frauen ehelicher Vormund* s). Sed & de patre olim haec loquendi formula nequaquam infrequens erat, id quod ii bene norunt, quibus jura Germanica medii aevi & Specula Saxonicum & Alamannicum non prouersus sunt incognita t). Cum itaque apud Germanos olim ii, qui alios in potestate habebant, promiscue *Vormunde*, ii vero, qui in potestate erant, sine distinctione *in mundio* in tutela, in potestate, aut protectione esse dicebantur, facile exinde intelligi potest, jura priorum & statum conditionemque posteriorum parum & nihil a iē inuicem discrepasse. Quae cum ita sint, satis apparet, pupillos atque minores, quamvis a patria potestate sint liberati, tamdiu tamen alieni juris homines manere, quamdiu sint in potestate tutorum suorum, atque ideo recte dici eos in vernacula *Vnmundige*, i. e. *sine mundio* sine potestate homines & alieni juris. Sed restat adhuc alia obseruatio, quam superioribus addere ab hoc loco non putamus esse alienum. Scilicet, pupilli atque minores, in tutela viuentes, in lingua populari non modo *Vnmundige*, sed praeterea saepissime etiam *Waysen* dicuntur, quod vocabulum

vsu

r) *Leges Longobard.* Libr. II. Tit. XII. §. 6. vid. CANGIVS & LINDENBROGIVS in *Glossar.* cit. voc. *Amund.* & *Fulfreal.*

s) Vid. *Jus Provincial. Saxon.* Libr. I. Art. 45. & *Jus Provincial. Alamannic.* cap. 322. in Edit. *Bergeriana*, pag. 112.

t) Vid. *Jus Provincial. Saxon.* Libr. I. Artic. 11.



vsu perpetuo de iis usurpati pupillis, qui parentibus orbi, nondum educati sunt, & ex ea causa alterius tutelae subjiciuntur. Quemadmodum autem ex isto vocabulo *Vnmundige* status eorum, qui ita dicuntur, haud difficulter potest intelligi, prout ostendimus, ita idem puto de vocabulo *Wayse*. Nam descendit hoc vocabulum a Gothicō *Waefel*, quod idem est ac obnoxius, vel qui alterius vi ac potestati est subjectus ^{u)}, vt itaque *Eine Wayse* vi vocis denotet pupillum parentibus orbatum, sed ob imbecillitatem aetatis alterius vi ac potestati subjectum, in alterius mundio constitutum. Deriuant ab eodem Gothicō *Waefel* nonnulli vocabulū *Vafallus*, non inuitu vocis sensu, sed de ea re nos non disputamus, & qui Jura Feudalia tractant, videant, an vera sit & recta haec Vafalli deriuatio & origo.

§. XIV.

Probatur ista ante dicta sententia deinde ex indeole & natura potestatis tam patriae quam tutoriae veterum Germanorum.

Haec, quae hucusque diximus, sine dubio satis superque probabunt, apud majores nostros omnes eos, qui in tutela erant, nunquam sūi, sed semper potius alieni juris, alienae fuisse potestatis. Sed sunt fortassis etiā nostris, in primis ex iis, qui ultra Justinianum haud facile sapient, quique singula ad juris Romani regulam normamque dijudicare & componere solent, qui aduersus haec tenus disputata objicunt; sint, licet, tam filii filiaeque familias, quam pupilli atque minores in mundo, potestate, tutela. Sed exinde nondum sequitur, has personas in unum omnes esse alieni juris. Apud Romanos filii familias, pupilli, atque minores itidem omnes in potestate erant, isti patris, illi tutoris, hi curatoris, hoc tamen non obstante expediti juris est, pupilos

^{u)} Vid. LOCENIVS in Lexic. Feudal. voc. *Inuestitura* & JOAN. NICOL. HERTII Dissert. de Feudo Nobili Sec. III. §. 4. Opp. Vol. I. Tom. II. pag. 333. 334.

pupillos & minores semper sui, & filios familias tantum alieni fuisse juris. Neque obscura est hujus diuerstatis ratio. Nam, quamvis omnes istae personae sint in potestate, longe alia tamen est potestas patris, in qua sunt filii, quam quidem tutorum & curatorum, in qua sunt pupilli atque minores, haec autem potestatis diuerstas tanta & tam magna est, vt vel necessario summam maximam produxerit diuersitatem juriuum. In Jure itaque Germanico antiquiori fortassis eadem deprehenditur diuersitas, adeo, vt quamvis omnes supra dictae personae *in mundo* esse dicantur, tamea res majoris momenti sit in mundo parentum esse, quam quidem in mundo tutorum viuere. Ita ajunt fortassis ii, qui, quae anteced. §. scripsimus, vel ex his, vel aliis ex causis assensione sua comprobare nolunt. Sed frustra haec omnia obiecintur. Quamvis enim olim apud Romanos summa maxima que intercederet differentia inter potestatem patriam, atque illam, quam habebant tutores curatores in pupillos & minores, tantum tamen abest, vt maiores nostri eandem vel similem differentiam admiserint & comprobarint, vt potius apud eos potestas tutorum atque parentum, certe iis in capitibus, quae potissimum efficiunt, vt quis vel sui sit, vel alieni juris, non tam sibi similis, quam vna potius eademque semper fuerit. Ut autem id quod diximus, in lucem veritatis proferamus, age, videamus, qualis & quanta olim fuerit potestas tam parentum in liberos, quam tutorum in pupillos & minores. Dicamus autem primo de potestate patria tanquam principali, & deinde de tutorum potestate vicaria. Quod itaque patriam potestatem veterum Germanorum attinet, vix opus est dici, quod liquet vltro, nimurum fuisse eam diuersissimam ab illa, quam Jura Romana concedunt Romanis ciuiibus in liberos suos. Quodsi enim hoc ita, vti dixi, non esset, quo, quaelo, jure dixisset JVSTINIANVS x). Nulli alii sunt populi, qui talem in liberos potestatem habent, qualem nos habemus. Quemadmodum autem Romani patriam potesta-

x) §. 2. I. de Patria Potestate. ¶ 3. D. de His, qui sui vel alieni juris sunt.



tem, cuius origo non ex alio jure est, quam ex quo matrimonium, prima haec & antiquissima paterni imperii causa, variis qualitatibus novis circumdederunt, atque hac ratione eam ciuibus suis fecerunt propriam; ita e contrario maiores nostri, quos scimus, parum vel nihil receperisse a simplicitate naturali, patriae potestatis jura potissimum ad rectae rationis normam regulamque attemperarunt. Hac igitur ex causa potestas patria Germanorum principaliter respicit ad educationem liberorum, eaque omnia, quae ad educationem pertinent eamque promouent; nec confundenda tamen cum ea sunt officia mutua reliqua, quae liberi debent parentibus suis, & vicissim parentes liberis, quarum rerum differentia summa vel exinde fatis potest cognosci, quod potestas patria ad tempus tantum durat, cum e contrario officia reliqua, quae intercedunt inter parentes & liberos semper sint perpetua & immutabilia. Erat autem olim constante matrimonio, par vtriusque conjugis in liberos potestas, & soluto demum matrimonio, alterius praemortui jus superstite adcrecebat. Hinc ait Lex Wifgothorum y). Patre mortuo, filii in matris potestate consistant. Quod si marito superstite, vxor forsitan moriatur, filii, qui sunt de eodem conjugio procreati, in patris potestate consistant. Et retinet pater hanc potestatem, etiam si liberis induxit nouercam z); sed mater, simulac ad secundas nuptias transierit, amittit potestatem, quam haec tenus in liberos habuit. Ita enim Leges Burgundionum a) Nepos, amissio patre cum rebus omnibus ad cuius ordinationem vel sollicitudinem conferatur, ea tamen ratione, si mater ejus secundas nuptias creditur eligendas. Ceterum si nubere, electa castitate distulerit, filii cum omni facultate in ejus solatio & potestate consistant. Ex quibus verbis simul intelligimus, hoc jus patriae potestatis secundum jura Germanica post mortem parentum, aut si mater adhuc superstes quidem, sed vidua secundas nuptias inierit, de-

y) Libr. IV. Tit. II. §. 13.

z) Vid. Leges Wifgothorum, loc. cit.

a) Tit. LIX.

uolui in auum; alias, si modo hos casus exceperis, haud ita facile fieri poterat, ut nepotes essent in potestate aui, id quod tamen vt & reliqua hactenus dicta longe alter se habebant olim apud Romanos. Et hactenus de personis, quibus ex Jure Germanico medii aei competuit jus patriae potestatis in liberos. Progredimur proinde, & quam late ea olim patuerit, videamus. Dux autem iam in antecessum, summam potestatis patriae olim potissimum respexit ad educationem liberorum, eaque omnia, quae ad educationem pertinent, eamque promovent. Continebat igitur ea integrum liberorum exhibitionem, id est, habitationem, victum, vestimenta, disciplinam, defensionem, protectionemque; praeterea ius, actiones liberorum dirigendi, iisque in futurum consulendi, & in primis etiam de vita genere futuro prospiciendi. Vtrum habuerint olim patres Germani jus vitae & necis in liberos? frustra quaeritur. Etenim tempora antiquissima quod attinet, haud facile certi quid hac in re definire possumus, & de temporibus medii aeti certe scimus, hanc tantam potestatem majoribus nostris nunquam placuisse b). Similiter jus vendendi liberos parentibus simpliciter denegat Lex Wisigotorum c). Speculator Suevus ait d) quidem: *Wein ein Mann sein Kind verkaufet durch ehehafte Noht, das thut er wohl mit Rechr, er soll es aber nicht verkaufen, dass man es rhaet in das Hurbaus, er mag es einem Herrn wohl zu eigen geben.* Sed his verbis conceditur tantum patri in casu necessitatis jus vendendi liberos, & sunt haec fortassis ex Jure Romano, vt plura alia speculi Alamannici capita. Solebant porro Franci, Saxonés, Longobardi, Burgundiones, Dani, Wisigothi, filias, forores, agnatas in matrimonium vendere, sed tamen non semper 2VT b) Conf. CHRIST. THOMASII Dissert. de Vnu pratico Tituli Institutionum de Patria Potestate Cap. 11. §. 3 sqq. & JOAN. GOTTLIEB HEINECCII Elem. Jur. Germ. Libr. I. Tit. VI. §. 135. 136. Libr. V. Tit. IV. §. 12. T. VI. ad 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 746. 747. 748. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 846. 847. 848. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 897. 898. 899. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 917. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 946. 947. 948. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 997. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 10010. 10011. 10012. 10013. 10014. 10015. 10016. 10017. 10018. 10019. 10020. 10021. 10022. 10023. 10024. 10025. 10026. 10027. 10028. 10029. 10030. 10031. 10032. 10033. 10034. 10035. 10036. 10037. 10038. 10039. 10040. 10041. 10042. 10043. 10044. 10045. 10046. 10047. 10048. 10049. 10050. 10051. 10052. 10053. 10054. 10055. 10056. 10057. 10058. 10059. 10060. 10061. 10062. 10063. 10064. 10065. 10066. 10067. 10068. 10069. 10070. 10071. 10072. 10073. 10074. 10075. 10076. 10077. 10078. 10079. 10080. 10081. 10082. 10083. 10084. 10085. 10086. 10087. 10088. 10089. 10090. 10091. 10092. 10093. 10094. 10095. 10096. 10097. 10098. 10099. 100100. 100101. 100102. 100103. 100104. 100105. 100106. 100107. 100108. 100109. 100110. 100111. 100112. 100113. 100114. 100115. 100116. 100117. 100118. 100119. 100120. 100121. 100122. 100123. 100124. 100125. 100126. 100127. 100128. 100129. 100130. 100131. 100132. 100133. 100134. 100135. 100136. 100137. 100138. 100139. 100140. 100141. 100142. 100143. 100144. 100145. 100146. 100147. 100148. 100149. 100150. 100151. 100152. 100153. 100154. 100155. 100156. 100157. 100158. 100159. 100160. 100161. 100162. 100163. 100164. 100165. 100166. 100167. 100168. 100169. 100170. 100171. 100172. 100173. 100174. 100175. 100176. 100177. 100178. 100179. 100180. 100181. 100182. 100183. 100184. 100185. 100186. 100187. 100188. 100189. 100190. 100191. 100192. 100193. 100194. 100195. 100196. 100197. 100198. 100199. 100200. 100201. 100202. 100203. 100204. 100205. 100206. 100207. 100208. 100209. 100210. 100211. 100212. 100213. 100214. 100215. 100216. 100217. 100218. 100219. 100220. 100221. 100222. 100223. 100224. 100225. 100226. 100227. 100228. 100229. 100230. 100231. 100232. 100233. 100234. 100235. 100236. 100237. 100238. 100239. 100240. 100241. 100242. 100243. 100244. 100245. 100246. 100247. 100248. 100249. 100250. 100251. 100252. 100253. 100254. 100255. 100256. 100257. 100258. 100259. 100260. 100261. 100262. 100263. 100264. 100265. 100266. 100267. 100268. 100269. 100270. 100271. 100272. 100273. 100274. 100275. 100276. 100277. 100278. 100279. 100280. 100281. 100282. 100283. 100284. 100285. 100286. 100287. 100288. 100289. 100290. 100291. 100292. 100293. 100294. 100295. 100296. 100297. 100298. 100299. 100300. 100301. 100302. 100303. 100304. 100305. 100306. 100307. 100308. 100309. 100310. 100311. 100312. 100313. 100314. 100315. 100316. 100317. 100318. 100319. 100320. 100321. 100322. 100323. 100324. 100325. 100326. 100327. 100328. 100329. 100330. 100331. 100332. 100333. 100334. 100335. 100336. 100337. 100338. 100339. 100340. 100341. 100342. 100343. 100344. 100345. 100346. 100347. 100348. 100349. 100350. 100351. 100352. 100353. 100354. 100355. 100356. 100357. 100358. 100359. 100360. 100361. 100362. 100363. 100364. 100365. 100366. 100367. 100368. 100369. 100370. 100371. 100372. 100373. 100374. 100375. 100376. 100377. 100378. 100379. 100380. 100381. 100382. 100383. 100384. 100385. 100386. 100387. 100388. 100389. 100390. 100391. 100392. 100393. 100394. 100395. 100396. 100397. 100398. 100399. 100400. 100401. 100402. 100403. 100404. 100405. 100406. 100407. 100408. 100409. 100410. 100411. 100412. 100413. 100414. 100415. 100416. 100417. 100418. 100419. 100420. 100421. 100422. 100423. 100424. 100425. 100426. 100427. 100428. 100429. 100430. 100431. 100432. 100433. 100434. 100435. 100436. 100437. 100438. 100439. 100440. 100441. 100442. 100443. 100444. 100445. 100446. 100447. 100448. 100449. 100450. 100451. 100452. 100453. 100454. 100455. 100456. 100457. 100458. 100459. 100460. 100461. 100462. 100463. 100464. 100465. 100466. 100467. 100468. 100469. 100470. 100471. 100472. 100473. 100474. 100475. 100476. 100477. 100478. 100479. 100480. 100481. 100482. 100483. 100484. 100485. 100486. 100487. 100488. 100489. 100490. 100491. 100492. 100493. 100494. 100495. 100496. 100497. 100498. 100499. 100500. 100501. 100502. 100503. 100504. 100505. 100506. 100507. 100508. 100509. 100510. 100511. 100512. 100513. 100514. 100515. 100516. 100517. 100518. 100519. 100520. 100521. 100522. 100523. 100524. 100525. 100526. 100527. 100528. 100529. 100530. 100531. 100532. 100533. 100534. 100535. 100536. 100537. 100538. 100539. 100540. 100541. 100542. 100543. 100544. 100545. 100546. 100547. 100548. 100549. 100550. 100551. 100552. 100553. 100554. 100555. 100556. 100557. 100558. 100559. 100560. 100561. 100562. 100563. 100564. 100565. 100566. 100567. 100568. 100569. 100570. 100571. 100572. 100573. 100574. 100575. 100576. 100577. 100578. 100579. 100580. 100581. 100582. 100583. 100584. 100585. 100586. 100587. 100588. 100589. 100589. 100590. 100591. 100592. 100593. 100594. 100595. 100596. 100597. 100598. 100599. 100599. 100600. 100601. 100602. 100603. 100604. 100605. 100606. 100607. 100608. 100609. 100609. 100610. 100611. 100612. 100613. 100614. 100615. 100616. 100617. 100618. 100619. 100619. 100620. 100621. 100622. 100623. 100624. 100625. 100626. 100627. 100628. 100629. 100629. 100630. 100631. 100632. 100633. 100634. 100635. 100636. 100637. 100638. 100639. 100639. 100640. 100641. 100642. 100643. 100644. 100645. 100646. 100647. 100648. 100649. 100649. 100650. 100651. 100652. 100653. 100654. 100655. 100656. 100657. 100658. 100659. 100659. 100660. 100661. 100662. 100663. 100664. 100665. 100666. 100667. 100668. 100669. 100669. 100670. 100671. 100672. 100673. 100674. 100675. 100676. 100677. 100678. 100678. 100679. 100680. 100681. 100682. 100683. 100684. 100685. 100686. 100687. 100688. 100689. 100689. 100690. 100691. 100692. 100693. 100694. 100695. 100696. 100697. 100698. 100699. 100699. 100700. 100701. 100702. 100703. 100704. 100705. 100706. 100707. 100708. 100709. 100709. 100710. 100711. 100712. 100713. 100714. 100715. 100716. 100717. 100718. 100719. 100719. 100720. 100721. 100722. 100723. 100724. 100725. 100726. 100727. 100728. 100729. 100729. 100730. 100731. 100732. 100733. 100734. 100735. 100736. 100737. 100738. 100739. 100739. 100740. 100741. 100742. 100743. 100744. 100745. 100746. 100747. 100748. 100749. 100749. 100750. 100751. 100752. 100753. 100754. 100755. 100756. 100757. 100758. 100759. 100759. 100760. 100761. 100762. 100763. 100764. 100765. 100766. 100767. 100768. 100769. 100769. 100770. 100771. 100772. 100773. 100774. 100775. 100776. 100777. 100778. 100778. 100779. 100779. 100780. 100781. 100782. 100783. 100784. 100785. 100786. 10

per vero pretio siue lege introducto, vt apud Saxones, siue conventione constituto, vt inter Wifigothos, sed symbolico potius per solidum & denarium, vt Francorum mores etiam in ipsis regum sponsalibus ferebant ^{e)}. Sed haec emtio venditio liborum hue proprie non pertinet. Ignorasse itaque videntur majores nostri tam jus occidendi, quam vendendi liberos. E contrario vero, si liberi, in potestate constituti, habebant peculium & propria bona, quacunque demum ex causa ea sint adquisita, eorum administratio ad parentes pertinebat, & non tantum administratio, verum etiam viusfructus. Quemadmodum autem potestas patria tam matri quam patri competebat, ita etiam constante matrimonio eterne conjux fructus ex liberorum bonis prouenientes percipiebat, mortuo autem patre viusfructus iste vel totus, vel pro parte matri viduae relinquebatur ^{f)} plerunque; erat enim istis temporibus, vt in genere tutela quaecunque legitima, ita etiam potestas patria fructuaria. Sed haec potestas patria, cuius haclenius primas veluti lineas duximus, ideo potissimum majoribus nostris placuit, interque eos in viu fuit, quia liberi recens nati, & qui sunt primae juuentutis, ob infirmitatem lubricitatemque aetatis sibimet ipsis de iis rebus, quibus indigent ad necessitatem vitae ejusque conseruationem, prospicere, aut actiones suas prudenter dirigere, vel mores, vt conueniant honestati, formare nequeunt. Quae cum ita sint, haud difficile viusquisque, me etiam non monente, intelligere potest, proti liberi tam quoad animi, quam quoad corporis vires indies magis magisque maturescunt, parentum in eos potestatem ex altera parte sensim sensimque decrescere, atque tandem prorsus expirare. Adhibebant autem majores nostri in soluenda patria potestate armorum symbolum, & in ipso concilio, refert TACI-

TVA

^{e)} Vid. JOAN. WILHELM. HOFFMANNVS in Specim. Jurisprud. Symbolicae Veterum Germanorum. §. 5.

^{f)} Leges Wifigothor. Libr. IV. Tit. II. §. 14. Lex Burgundion. Tit. LIX. Lex Bajuarior. Tit. VI. VII.

TVS g), vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus senio frameaque juuenem ornant. Haec apud illos toga, hic primus juuentae bonos, ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae. Postea placuit finire potestatem patriam per separatam filii oeconomiam, cuius symbolum erat proprius focus. *Die Haltung von eignen Feuer und Heerd.* Atque hoc referenda est illa *Restitutio Focalis*, qua veterum Normannorum legibus & institutis patriae potestatis per separatam familiam solutio significatur, cum alias in una domo cum parentibus esse, vim & potestatem patriam indicaret. His itaque aliisque modis soluebatur quidem patria potestas, sed reliqua officia, & quae exinde descendunt jura & obligationes mutuae, non una cum patria potestate expirabant, sed manebant potius semper salua & integra. Quodsi vero quis iis & omni familiae & cognationis juri & quasi naturae renunciare vellet, veteres Francorum mores id quidem permittunt, tunc autem is, qui hoc modo, vti ajunt veteres, *se de parentela tollere vult*, quatuor fustes alhninos, in quatuor partes coram judicio super capite suo fractos, pronunciata formula: *quod se de juramento, & de hereditate, & de tota ratione illorum tollat*, circumspergere debebat. Quo facto non tantum hereditate excidebat, verum etiam id consequebatur, ne iniurictias suscipere, mortem vindicare, & in jurisjurandi societatem, qua cognati saepenumero continebantur, venire oporteret h). Sed sola dimissio ex patria potestate hos tantos effectus nunquam producebat.

§. XV.

Continuatur Argumentum secundum, & qualis olim fuerit tutorum potestas, ostenditur.

E xpositis iis, quae faciunt ad rite formandam potestatis patriae antiquioris Germanicae ideam, venio ad potestatem tutelar-

F 3

rem

g) De Morib. Germanor. Cap. 13.

h) Conf. Legem Salicam Tit. LXIII. & JOAN. GUILIELM. HOFF-
MANNI Specimen Jurisprud. Symbol. veter. German. §. 11.

3



St.

rem veterum Germanorum. Qualis ea fuerit temporibus antequam suis, de ea re hodie quidem parum constat ⁱ⁾; nec est, ut hoc loco de re incerta diu sumus solliciti. Post ista tempora antiquissima si contigeret parentes deficere, placuit majoribus nostris, ut liberi impuberis in tutela & mundio ipsorum principum, ducum, regum, ceterorumque magistratum viuerent, ad quos omnes proinde istis temporibus tutela suprema pupillorum & minorum pertinebat. Observarunt hoc jam olim non tantum JOANNES NICOLAVS HERTIVS ^{k),} & JOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS ^{l),} sed leges veteres hujus tutelae principum magistratumque supremae plus simplici vice faciunt mentionem. Sic v. g. LVDOVICVS PIVS lege publica editus ^{m).} Ut viduae, orphani & minus potentes sub Dei defensione, & Nostro mundiburde pacem habeant, & eorum iusticias adquirant. Quin imo in ipsis inaugurationis solemnibus solebant olim reges & principes promittere, se fore tutores viduarum, & orphanorum, ut ex WITTICHINDO ^{n),} & WIPPONE ^{o)} disimus. Quamuis autem olim reges & principes semper essent tutores supremi viduarum & orphanorum, haud tamen difficile potest intelligi, principes ceterosque magistratus tutelam viduarum & impuberum ipsos gerere & administrare non potuisse. Constituebant itaque alii tutores, qui vice principum pupillorum.

- i) Conf. JOAN. NICOLAI HERTII Notitia veteris Germaniae populorum Part. I. Cap. III. §. 4. Opp. Volum. II. Tom. I. pag. 19.
- k) In Notitia Regni Francorum Veteris, Cap. 3. §. 4. loc. cit. pag. 172.
- l) In differr. de Suprema principum & magistratum tutela, & in Elem. Jur. Germanic. Libr. I. Tit. XV. §. 345. 346. 347.
- m) Vid. Capitularia Karoli & Ludouici Impp. Libr. VI. 223. apud LINDENBROGIVM in Codice Legum antiquarum. pag. 1015.
- n) Annal. Libr. II. pag. 443.
- o) In Vita Conradi, pag. 429.

pillos atque minores defenserent, eorumque bona administrarent. Hi autem erant vel pactiti, vel legimi, vel datui. Ex his praecepit semper erant pactiti tutores, id est, pacto vel conuentione constituti, quia vtique praesumendum, parentes optimum pro liberis suis capere solere consilium, neminique commendaturos liberos, nisi cuius fidem & industriam haberent exploratam. Non exstante tutori conuentionali suscipiebat tutelam ex lege proximus agnatus tanquam tutor legitimus, tandem vero deficiente vtroque & pactito & legitimo, dabatur tutor a magistratu. Quisquis autem ille sit, qui tutelam gerere suscipit, siue pactitius, siue legitimus, siue datiuus tutor, semper tamen olim non tam suo, quam potius magistratus nomine administrabat tutelam suscepit, atque igitur ipsam tutelae administrationem gestionemque subire non poterat, nisi postquam publica auctoritate a magistratu ei concessa erat administrandi facultas, quem morem, confirmandi tutores, in Germania esse antiquissimum, dicitur ex *Formulis SIRMONDI* p), & *LINDENBROGII* q), quibus & ipse legitimus tutor a magistratu confirmatur. Sed postquam de personis eorum; in quos deuoluuntur tutela pupillorum atque minorum, quantum satis esse videtur, diximus, age, videamus nunc paucis, quale olim fuerit tutorum officium. Enimvero non tam ouum ouo simile, quam potestas patria potestati tutelari. Duo erant capita, ad quae §. anteced. redditum ea, que de patria potestate Germanica hoc loco differere instituti ratio postulabat, scilicet integra liberorum exhibitio, & deinceps bonorum administratio, si quae forsitan liberi a rationibus paternis separata & propria haberent. Prima pars patritiae partem, exhibitionem liberorum quod attinet, vix opus est, dici, eam, si contingat, parentes deficere, quanta quanta sit, deuolu in tutores, qui proinde tanquam vicarii parentes consulere pupillis suis & prospicere debent, vt illorum solitudo & pueritia quam firmissimo sit munita praesidio. Neque opus esse videtur,

vt

p) Cap. XXIV.

q) Cap. LXXIV.

3



Sb.

ut ea, quae dixi, per legum auctoritates comprobem, cum quicunque, qui sensu isto, qui dicitur communis, non proflus caret, eorum non dicam veritatem, sed ipsam adeo necessitatem vel sine omni lege jubente perspicere possit. Itaque ad alteram potestatis patriae partem, ad administrationem bonorum, prae-
gredimur, &, an ex hac parte differat potestas patria, & tutela-
ris, videamus. Erat autem, ut diximus, haec parentum admini-
strationis eorum bonorum, quae liberi vel ex hac, vel ex illa
causa adquisuerant, olim semper fructuaria, adeo, ut ex omnibus,
qui ex liberorum bonis proueniebant, fructibus, ipse fi-
lius nihil, & parentes omnia adquirerent; ita tamen, ut paren-
tes liberis, id quod vero per se patet, necessaria vitae alimenta,
& quae praeterea ad eorum educationem spectabant, praestare,
& curare deberent. Sed quae hactenus de parentum administra-
tione fructuaria eorum bonorum, quae ad liberos pertinent, di-
ximus, ea fere eodem modo se habent in tutela pupillorum &
minorum, atque in administratione bonorum pupillarium. Su-
premus omnium pupillorum tutor est princeps, qui, etiam si ipse
tutelam non gerat, neque bona pupilli administraret, nihilosecundus
tamen ex feudis pupilli, praeter ea, quae pupilli educationi erant
impendenda, reliquos fructus omnes tanquam dominus directus
& tutor pupilli supremus capiebat. Hinc ait JVS FEVDALE
SAXONICVM r). Des Herre ist jemer des Kindes Vormunde
an dem Gute das ez Kind von ihme hat, divile erz angevelle, und
verliehen hat, und soll das Geld des Gutes nehmen bis daz Kind
zu finen Jaren komme. Et deinde JVS PROVINCIALE SAXO-
NICVM s). Ist das Kind noch nicht zu seinen Jahren kommen,

so

r) Cap. XXVI, in IOAN. SCHILTERI Codice Iuris Alamanni-
ci Feudalis. Adde Ius Feudal. Alani. Cap. LV. & SCHILTERI
Commentarium, item IOAN. PETR. A LVDEWIG Dissert.
de Different. Iur. Rom. & Germ. in Fructuum attributione, in-
primis tutelae fructuariae, Different. I. not. (dd) pag. m. 9.

IO. II. 12.

s) Libr. II. Art. 58..

so nimmt der Herr die Fruchte davon. Reliqua bona pupilli, allodialia quod attinet, placuit majoribus nostris & ratione eorum tutela fructuaria, ita quidem, vt agnatus proximus, qui tutelam suscipiebat legitimam, vel plane non redderet rations gestae tutelae, & alimenta tantum pupillis praestaret, vel visum fructum partis saltem bonorum pupillarum perciperet, v. g. partis decimae, vt apud *Wisigothos* t). Comprobant haec hactenus dicta *Jus Prouinciale Saxonicum* u), in quo haec sequentia leguntur: *Wer aber des Kindes Erbe ist, dem soll des Kindes Vormund von Jahren zu Jahren des Kindes Gut berechnen, und ihm erweisen, dass er es wider Pflicht nicht verthue, bis das Kind zu seinen Jahren kommen ist. Denn oftmais ist einer der Kinder Vormund, und ein anderer ist Erbe. Wo aber der Vormund auch zugleich der Erbe ist, da darf er niemanden des Kindes Gut berechnen noch Burge setzen.* Quamvis autem ex his speculi Saxonici verbis simul intelligamus, tutores tantum legitimos perceperisse fructus, ex bonis pupillaribus prouenientes, non autem reliquos tutores, pactitios, & datiuos, quos potius scimus, obligatos suisse non tantum ad confectionem inuentarii, sed etiam ad redditionem rationum, & restitutionem dannorum culpa sua datorum x); non ratus tamen certum est hoc, tutores olim omnes, dummodo ex bona fide agerent, in administratione bonorum pupillarum liberrima viros esse potestate, suum semper sequutos esse judicium, ipsosque pupilos & minores omnibus in rebus a tutorum suorum peperdissce arbitrio y). Deinde tantum abest, vt fructuum perceptio tutoribus conuentionalibus & datiuis tanquam ex vniuersali consuetudine olim fuerit denegata, vt potius apud plerasque originis Germanicae gentes fructus, si non omnes, tamen bona eorum pars, tutoribus quibuscumque

G. finit

t) Leg. *Wisigothorum* Libr. IV. Tit. III. §. 3.

u) Libr. I. Art. XXIII.

x) Leg. *Wisigothorum* Libr. IV. Tit. III. §. 3.

y) Conf. IOAN. GOTTL. HEINECCHI Elem. Iur. Germ. Libr. I. Tit. XVI. §. 376.



sint relicti & attributi, quemadmodum alii jamjam, & in primis HENRICVS GIESEBERTVS ^{z)}, & JOANNES PETRVS A LVDEWIG ^{a)} obseruarunt. Quae cum ita sint, nemo non videt, potestatem patriam & tutelarem in omnibus fere partibus sibi semper olim fuisse simillimam. Quemadmodum autem quoad educationem liberorum & pupillarum, atque administracionem bonorum summarum deprehendimus juriū similitudinem, ita etiam se habet haec res, si ad exitum & finem virtusque potestatis respicimus. Patria potestas, personas liberorum, & jus in actiones eorum quod attinet, prout liberi tam quoad animi, quam quoad vires corporis maturescunt, sensim sensimque decrescit tandemque pro rursus exspirat. Idem autem fieri in tutela, uti hodie, ita & olim, quis est, qui nesciat. Finiebatur autem tutela apud maiores nostros per aetatem pupillorum legitimam, quam & annorum numero & interdum etiam symbolorum figuris definiabant. De aetate legitima, per annorum numerum determinata vix aliquid restat, quod dici possit, postquam IOAN. PETR. A LVDEWIG hoc juris Germani caput praeclara doctrinae praestantia feliciter instaurauit ^{b)}. Symbolorum figuris, in definienda legitima minorum aetate adhibitas quod attinet, scimus Anglos veteres puerum existimasse ad istam aetatem peruenisse, si numeros accurate numerare, pannum vlnis metiri, aliquae id genus negotia ordine exequi didicerit; puellas autem, si rem familiarem curare intellexerint, scierintque quid ad Cone & Keye pertineret, i. e. ad operculum & clausos, siue illas res, quae sub operculo aut clavi a prudentioribus matribus familias custodiri solent ^{c)}.

§. XVI.

- ^{z)} In Periculo statutorum Harmonico-Practico II. Art. XXIV. n. 306.
- ^{a)} In Dissert. quae inscribitur: Differentiae Iuris Romani & Germanici in Fructuum attributione, in primis Tutelae fructuariae, Different. I. not. (cc) (dd) pag. 5 — 14.
- ^{b)} In Dissert. de Aetate legitima puberum & majorennum.
- ^{c)} Conf. IOAN. GVILIELM. HOFFMANNI Specimen Iurisprudentiae Symbolicae Veterum Germanorum §. 11. & CANGII Glossarium voc. Cone & Keye.

§. XVI.

*Coronidis loco aliorum JCtorum consensus quoad ea,
quae hactenus diximus, ostenditur.*

Sie satis, puto, probauimus, olim apud majores nostros omnes eos, qui tam in patria, quam in potestate tutelari viuebant, semper vno prouersus vios esse jure, atque eodem, & ex ea causa non tantum filios filiasque familias, sed praeterea etiam pupilos atque minores, nunquam sui, sed semper potius alieni juris, vel potestatis fuisse. Rationes, quas dedimus pro adstruenda hujus dictae sententiae veritate, tam manifestae tamque certae sunt, vt dicam audacius, omnibus vel iniuitis consensum quasi extorquere debeant. Ex ea igitur causa parum quidem refert scire, quid alii de ea re sentiant, de qua hactenus diximus, adeo vt si ne mora progredi possem ad caput tertium, & ultimum disputationis nostrae. Sed placet tamen, & variis ex causis placet quasi ex abundanti reliquis hactenus dictis addere hoc, sententiam istam, quam hoc loco probauimus, non nouiter denique excoxitatam, sed ab aliis Viris doctis jam olim agnitam, & defensam, & fere communem esse omnium JCtorum sententiam. JOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS d) peritus hic & optimus Jurium Germanicorum instaurator, quanuis, inquit, diuissio hominum in eos, qui sui, & qui sunt alieni juris, ex ipsa ratione proficiatur, multo aliter ramen philosophati hic sunt Germani, quam Quirites. Hi omnes sui juris esse dicebant, qui nec in patria, nec in dominica potestate essent. At Germani, quibus omnis potestas in alterius personam vel res Mundum, id est, proteccio vocabatur, non modo seruos & liberos in mundo, seu potestate dominorum & parentum, sed & vxores in mundo maritorum, minores in mundo tutorum, libertinos in mundo eorum, ad quos sepe applicassent, imo ecclesias ciuitatesque in mundo principum esse dicebant, & q. s. r. GEORGIVS BEYERVS e), Vir pa-

G 2

trii

d) In Elem. Iur. Germ. Libr. I. Tit. VI. §. 131. 132.

e) In Delineatione Iuris Germanici Libr. III. Cap. X. §. 14.

3



Sb,

tri Juris peritissimus, hac de re ita mentem suam explicat: *Quod potestas erat apud Romanos, id Germanis constanter appellatur die Vormundtshaft, quae penes patres, maritos, & tutores plane eadem fuisse, & in jure ususfructus atque obligatione alterum alendi constitisse videtur.* Sic alii e JCTis nostris quamplurimi, sed plura non addo testimonia, cum res, de qua loquimur, tam certa sit, quam quae certissima, & in tanta veritatis luce posita, vt ne his duobus quidem testimoniiis indigeamus.

§. XVII.

Caput Tertium Dissertationis.

Dicendorum Ordo.

Quod hactenus exposui, vetus jus est. Sed, quasi haec & reliqua jura patria non amplius sufficerent ad rempublicam bene prudenterque regendam, posterior aetas his moribus patriis sensim sensimque adjunxit Jura peregrina Romana atque Canonica. Nata est exinde summa maximaque rerum ciuilium conuersio, & ex eo in primis tempore, ex quo in Germania conditae sunt Academiae, Doctores Academicci in id summo studio allaborarunt, vt, quidquid supererat mortum patriorum, extirperent, & funditus tollerent, atque veluti alter *Quintilius Varus* negotia Germanorum ciuilia Romana iustitia finirent, feritasque eorum nouitate incognitae disciplinae mitesceret, & solita armis discerni, jure terminarentur f). Neque intra fines juris priuati se continuerunt JCTi nostri, sed ipsam adeo rempublicam in formulam quasi prouinciae Romanae redegerunt, atque Principes Electores, ceterosque Duces & Comites magistratibus Romanis, ciuitates Imperii liberas, municipiis, magistratum istarum ciuitatum, collegio decurionum aequipararunt, atque ex Germaniae ciuibus effecerunt ciues Romanos. Olim Germani, in summa feritate versutissimi, natumque mendacio genus; his enim conuiciis proscindit majores nostros PATERCVLVS g) simulantes

f) VELLEJVS PATERCVLVS Histor. Libr. II. Cap. 118.

g) loc. cit.

simulantes fictas litium series *Quinctilio Varo* egerunt gratias, quod eas Romana iustitia finiret, cumque hac ratione in summam foecordiam perduxerunt, clam vero, postquam togas Romanas & saeuiora armis jura viderant, duce *Arminio* arma corripuerunt. Postquam vero hoc duce Romanorum exercitus ad internectionem trucidatus est, teste *FLORO* h) *nihil insultatione barbarorum intolerabilius, praecipue tamen in caesarum patronos, aliis oculos, aliis manus amputabant.* *Vnius os futum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus:* Tandem, inquit, vice-rasibilare desist. Ita maiores nostri antiquissimi. Quid autem eorum posteri? Hac vice res ista habuit exitum longe alium. Neque id eniā videbitur mirum. Olim enim peregrinus miles Germanis Romanum Jus obtrudere allaborabat, nunc autem ipsi Germani ex Italia reduces, Jura Romana, quae sola ibi dicerant, apportabant. Clerus Romanus horum Jurium receptionem suadebat, Pontifices eorum culturam per Academias in Germania conditas maxime promouebant, Imperatores & Principes autem introductioni horum jurium peregrinorum non tantum non resistebant, sed potius eam promouebant. Quibus ex causis vix alter fieri poterat, quam ut sensim sensimque migraret Jus Romanum ex Italia in Germaniae scholas & fora. Sed tantum abest, ut Germani, quos scimus, morum patriarchum semper fuisse tenacissimos, postquam ista jura peregrina vel iniuiti receperunt, prorsus in exsilio egerint patrios mores, & Jura Germanica; ut potius ea, ut olim, ita etiam hodie vbiique primarium teneant locum, Romana vero non nisi in subsidium sint recepta, atque tunc deumini habeant locum, quando Jus Germanicum deficiat. Ceterum tamen in Academis nostris, vti olim, ita hodie vel solus regnat *Justinianus*, jura vero patria ut plurimum negliguntur. Exinde vero hoc in primis in rem publicam nostram reddit malum, vt, qui jurisprudentiae operam dant, ibi parum ex iis, quae in usu habemus, & audiant, & discant, & deinde quando in forum veniunt, putent, se in aliud terrarum orbem esse

G 3

esse

b) Libr. IV. cap. 12.

3



Sb,

esse delatos. Accidit praeterea saepius, quam par est, ut, quod quis in Academiis nostris perperam didicit, deinde, cum in forūm venerit, confiteri, & dedisse nolit. Et, si aliter se expedire nesciunt, saltem hoc agunt, ut mores nostros patrios, quamvis inuita Themide patria, Romana veste circumdant. Id, quod hactenus pertractauimus, argumentum, hujus rei exhibet exemplum satis luculentum. Apud majores nostros ii, eaque omnes, qui queue in alterius erant tutela, alieni juris & potestatis erant, prout hactenus, quantum satis esse videtur, ostendimus. Ast in scholis nostris hi homines in unum omnes iis, qui sui juris sunt, annumerantur, nulla alia ex causa, quam quia Jus Ciuiile Romanum eos sui juris esse ait. Nemo vero, quantum scio, probavit, Germanos, introducto receptoque Jure Romano, moribus patriis hac in re misericordia nuntium. Ut itaque peragamus id, quod pertractare suscepimus, age, videamus jam, vtrum per introductionem Juris Ciuilis Romani mores patrii hac ex parte immutati, atque ii apud Germanos, qui sub tutela viuunt, ex alieni juris hominibus, quales erant olim, sui juris, siveque potestatis sint facti? In quo quidem eundem tenebimus ordinem, quem in duobus prioribus disputationis capitibus seruauimus, atque, cum causa principalis, quare, qui sub tutela viuunt, apud Romanos sui, apud majores nostros autem semper alieni juris fuerint, nulla alia sit, quam quia potestas patria & tutelaris apud Romanos diuerfissima, apud Germanos olim autem una fuerit eademque; in id sedulo inquiramus, vtrum Jus Romanum quoad doctrinam de patria potestate, & de potestate tutelari sit receptum, an vero Germani hac in re patrios potius mores & instituta majorum retinuerint, semperque yisu constanti & perpetuo frequentarint?

§. XVIII.

Vsus hodiernus doctrinae Juris Romani de Patria Potestate.

Jam itaque venimus ad usum hodiernum doctrinae Juris Romani de Patria potestate. De quo quidem Jutorum nostrorum

(quam-

quamplurimi existimant, eum nequaquam esse exiguum, vel ob
hanc causam, quia Jus Romanum hac ex parte nulla lege con-
traria abrogatum est. Et hoc in primis argumento vtuntur JCTi
Saxonici, eique vel exinde magnum pondus acceſſie putant,
quia olim *Saxonie Elector AVGVSTVS* constituit i). Weil
in den Saechſischen Rechten nirgends zu befinden, daß die Vac-
terliche Gewalt infonderheit aufgehoben, so bleibe auch dieselbe
nochmals nicht unbillig bestehen. Sed quamvis haec non sine spe-
cie veritatis disputentur, bene tamen monuit jam jam CHRI-
STIANVS THOMASIVS k) & JOANNES GOTTLIEB
HEINECCIVS l), JCTos istos, quorum opera vſus olim est
AVGVSTVS Elector Saxonie in condendis constitutionum Sa-
xonicarum libris, expendere debuisse, id, quod nunquam in
vſum venit, abrogatione non indigere. Etenim potestas patria
Romana, quatenus ea continet jus, quod, ut ait JVSTINIA-
NVS m) proprium est ciuium Romanorum, Germanis tam pa-
rum cognita est, ut illius tam hodie quam olim vix vimbram no-
rint. Vix opus esse videtur, id, quod diximus, longa oratione
probare, sed, quoniam tamen, dum hoc agimus, patriae pote-
statis hodiernae facies insimul innotescit, potiora ejus rei mo-
menta addere, haud forsitan erit incongruum. Itaque Jure Ro-
mano potestas ista, de qua loquimur, semper tantum patri, nun-
quam matri competit, sed haec abhorrent a moribus Germano-
rum tam antiquis, quam hodiernis, & quod attinet exhibiti-
onem liberorum, quae proprie constituit potestatem patriam, ea
apud Germanos regulariter aequali jure ad utrumque pertinet
conjugem, quamvis cum JOANNE NICOLAO HERTIO n)
et aliis.

i) Constitut. Saxoniar. Part. II. Const. X.

k) In Notis ad Institutiones Libr. I. Tit. IX. pag. m. 36.

l) In Element. Jur. German. Libr. I. Tit. VI. §. 144. pag. 109.

m) §. 2. Inst. de Patr. Potest.

n) De Collisione Legum Sect. II. §. 15. Oper. Vol. I. Tom. I.
pag. 103.



lubenter concedam, si inter se contendant imperia parentum, quin patri potius morem gerere oporteat, vix esse dubitandum. Jus occidendi vendendique liberos, & paucas istas reliquias, quod attinet, quas ex illis juribus restare videmus in Jure Justinianeo, hujus juris apud nos nullum superest vestigium. Ait quidem JOAN. BRVNNEMANVS o). Poteſt etiam bodie pater filium, immorigerum ſi ſe praebear parenti, v. g. bona ejus alienando & dilapidando, puniendum offerre judici, vt is cogatur ex praefcripto patris ferre ſententiam, quia nemo moderatius animaduerteret, & nullus affectus vincit paternum. Sed tamen ex hac cauſa ſolet poena filio mitigari, ſi pater filium offerat, ne videatur eum ad supplicium obtuliffe. Sed quam multa hic defideranda fint, Illuſtr. GEORGIVS CHRISTIANVS GEBÄVERVS p) jam abunde fatis docuit, & quam paruum BRVNNEMANVS dixerit, quod res eſt, tam ipſe fori viſiſ, quam praeterea etiam Pragmaticorum Princeps BENEDICTVS CARPZOVIſ q) luculenter ostendit. Sequitur jus patris adquirendi per liberos, quod tamen jura recentiora per introductionem diuersorum peculiorum admodum restrinxerunt. Quidquid autem ejus rei sit, hujus juris viſiſ hodiernus, ſi dicendum quod res eſt, admodum eſt exiguis, & fere nullus. Etenim, quod attinet peculia caſtrenſia & quaſi caſtrenſia, fruſtra quaeritur, an filius familiæ hodie ratione eorum habeatur pro patrefamiliæ, vii volunt Jura Romana. Nam filius familiæ, qui caſtra ſequitur, aut qui ingenuis artibus & gloriā quaerit & victum, ille hodie ſemper per ſeparatam, quam iſtituit oeconomiam exit e patria potestate, atque igitur vere eſt patrefamiliæ; quare non opus eſt, vt cum ad exemplum Juris Romani quaſi per fictionem habeamus pro patrefamiliæ. Reliqua liberorum bona Jus Romanum peculium paganum appellat, idque diuidit in preficitum & aduentitium,

o) In Comment. ad l. 3. Codicis de Patria Potestate. Libr. VIII. Tit. 47. pag. 1045. 1046.

p) In Difſert. Secunda de Patria Potestate Cap. II. §. 8. & not. (aa).

q) Vid. Pract. Rer. Criminal. Part. II. Quaest. C. n. 34. 35.

atque per illud intelligit omnia ea bona, quae e re patris proficiuntur, quorum tam proprietatem, quam vsumfructum ad patrem pertinere ait, per hoc autem, quae aliunde sunt adquisita, atque horum vsumfructum tantum patrem, filium autem vult habere proprietatem regulariter. Sed profectuum peculium, si dicendum quod res est, ignorant Germanorum mores. Neque hoc cuiquam videbitur mirum, nam cessat unitas personarum, quam intercedere singunt Jura Romana inter patrem & filium, quae tamen est fundamentum peculii profecti, atque omnis juris, quod pater in eo habet. Itaque omnia bona, quae filiusfamilias a rationibus paternis separata haber, si nomine Romano designanda sunt, bona & peculium aduentitium dicenda sunt s). Atque haec filiifamilias bona pater vi patriae potestatis administrat, & quandiu administrat, tam diu eorum habet vsumfructum. Sed hic vsumfructus bonorum aduentitorum patri hodie competens, non ex Jure Romano descendit, sed ex antiquo Jure Germanico superest. Hinc etiam ille, securus ac olim apud Romanos, utriusque parentum constante matrimonio communiter competit, & uno coniuge praemortuo, vel totus, vel pro parte superstite relinquitur. Quamuis enim secundum *Jus Saxonum Electorale* t) matri viduae, etiamsi tutelam liberorum suorum suscepit, vsumfructus iste prorsus denegetur: hoc tamen ius non in vniuersum obtinet per Germaniam; imo potius apud *Francos* hodiernos, *Thuringos*, *Colonienses*, *Mindenses*, ceterosque *Westphalos*, *Hamburgenses*, aliasque vsumfructus

r) Vid. CHRISTIANI THOMASII Dissert. de usu practico Tituli Institutionum de Patria Potestate, Cap. II. §. 7. GEORG. CHRISTIAN. GEBÄVERI Dissert. prim. de Patria Potestate, Cap. II. §. 11. GEORG. BEIERI Delineatio Jur. Civil. secund. Ordin. Pandect. Libr. I. Tit. VI. ad §. 1. not. (i).

s) Vid. SCHILLERI Exercitationes ad Pandectas Exercit. XXVII. §. 85. 86. 87. 88.

t) Decis. LXII. de anno 1661. conf. BENED. CARPOVII Responsa Libr. VI. Resp. 70.



fructus iste maternus vnu quotidiano frequentatur, prouti ex instituto probauit JOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS ^{ii).} Ut autem cetera peragamus, mittimus jus acquirendi per liberos, ejusque vitum hodiernum, & ad dationem tutorum progredimur. Cum autem testamenta prisca Germanis prorsus fuerint incognita ^{x)}, vix opus est, dici, quod liquet vltro, scilicet, ignorasse maiores nostros tutelam testamentariam, atque istud jus, patri vi patriae potestatis competens, liberis suis constituendi tutores. Migravit deinde testamentificatio ex Italia in Germaniam & cum ea insimul tutela testamentaria. Et quidni eam receperint Germani? Adinodum frequens apud eos olim erat tutela pachtia, qua parentes, de morte sua cogitantes, liberos suos commendabant amicis, quorum fidem atque industriam exploratam perspectamque habebant; hi autem juncta quasi dextra tutelam commissari suscepiebant. Sed ab hac tutela pachtia parum differt ea, quae alicui desertur per testamentum. Quamuis autem Germani receperint hanc tutelam testamentariam, olim incognitam, tamen neutiquam receperunt Jura Romana, aut quae ibi de hac tutelae specie sunt sancta. Solam & nudam libertatem, liberis impuberibus constitueri tutores in testamento receperunt maiores nostri, ceteraque omnia, insuper habitu Iure Romano, ad patris mores accommodarunt. Itaque, quamuis apud Romanos regulariter pater tantum, vi potestatis patriae, liberis suis in testamento turores dare possit, non mater, certe non fine confirmatione magistratus, moribus tamen nostris pater & mater ordinarie hac ex parte hodie jure eodem vntur, vel quia patria potestas vtriusque conjugis etenus aequalis est, vel quia tam de matre, quam de patre praeluminitur, vtrosque optimum

ⁱⁱ⁾ In Dissert. de Vusufructu materno Iuris Germanici in primis Hamburgensis, adde SCHILTERI Exercit, ad Pandectas Exerc. III. §. II. pag. 37.

^{x)} TACITVS de Morib. Germanor. Cap. XX.

mutum pro liberis capere solere confilium ^{y).} Vt alia, tanquam aliena ab hoc loco, & de quibus sequenti jam praeteremam. Per gemus ad reliquos potestatis patriae Romanae effectus, quorum primus est exhereditatio liberorum, vt & substitutio pupillaris, quæ olim quidem incognita, sed postea tamen cum Jure Romano recepta est, ita, vt ea hodie vbi fori frequentetur, quamvis & hac ex parte hinc inde differat jus hodiernum ab Jure Justiniano. Quando vero Jura Romana filium a patre heredem scriptum, patris sui heredem esse dicunt necessarium & suum, hoc, vt & beneficium abstinendi, a Praetore introductum liberisque concessum, iura hodierna prorsus ignorant, atque hodie omnes heredes sunt voluntarii, qui haereditatem pro lubitu vel adire, vel repudiare possunt ^{z).} De vnitate personarum, quam Jura Romana intercedere ajunt inter patrem & filium, jam dixi, eam nostris moribus nunquam placuisse. Hinc cessant etiam effectus plerique omnes, qui ex ista vnitate facta descendunt, atque non est infrequens, pacta & contractus hodie iniiri inter parentes & liberos, & praeterea actiones etiam inter eos nasci, nulla licet interposita emancipatione ^{a).} Ex eadēnī hac vnitate facta, ut videtur, descendit necessitas consensus paterni in contrahendis liberorum nuptiis. In Jure certe Romano consensus hic ejusque necessitas effectus est potestatis patriæ. Mores patrii hunc consensum non ignorant, sed quidquid ea in re vbi quotidiano frequentatur, id omne non ex Jure Romano est, sed ex patro partim, partim vero ex Jure Canonico. Hinc in re eadem summa

H 2

^{y)} SIMON. VAN LEEUWEN Censur. Forens. Libr. I. Cap. XVI. n. 4. pag. m. 91.

^{z)} SIMON. VAN LEEUWEN loc. cit. Libr. III. Cap. X. n. 1. 2. pag. 317. CHRISTIAN. THOMASIVS Not. ad Instit. Libr. II. Tit. XIX. pag. 194.

^{a)} GEORG. BEJERI Delineat. Jur. Germ. Libr. I. Cap. XXVI. §. 41. 42. 45. 48. & Ejusdem Delineat. Iur. Civil. Sec. Ord. Pand. ad Tit. de Iudiciis Libr. V. Tit. I. §. 19 — 23. Item JOAN. BRVNNEMANNVS in Comment. ad l. 4. D. de Iudiciis.

3



Slo,

deprehenditur jurium diuersitas. Etenim Jure Romano tantum patris, in cuius potestate constituti erant liberi, requirebatur consensus, nunquam vero matris, & praeterea consensus iste paternus tam necessarius erat, vt eo neglecto, ipsae liberorum nuptiae nullae sint ipso jure. Quorum jurium ne vestigium quidem videmus in jure Germanico tam antiquo, quam hodierno. In Germania potius vtriusque semper parentis consensus requiritur, quamuis orto inter conjuges dissensu, ceteris quidem paribus patris, alioquin ejus, qui iustiores sui consilii rationes habet, voluntas sit praeferenda. Deinde hic parentum consensus non est necessitatis, vti olim apud Romanos, sed tantum honestatis. Hinc neglecto eo, coercentur quidem liberi, vti fas est, atque exheredari possunt a parentibus, sed nuptiae ipsae ideo non fiunt nullae b). Erat porro apud Romanos hic consensus patris semper effectus potestatis patriae, sed hodie potius ille est reuerentiae filialis parentibus debitae, quae perpetua est & immutabilis, secus ac potestas patria. Proinde quamvis haec v. g. per separatam oeconomiam fuerit soluta, nihil tamen seculi liberi, qui nuptias inire volunt justas, consensum suorum parentum utique requirere debent. Quae praeter haec hucusque dicta restant patriae potestatis jura, ea omnia in Germania nullius sunt usus in praxi. Nam apud Germanos potestas patria nunquam perpetua est, aut per omnem patris filiique vitam durat, sed ea potius, prouti liberi adolescentes, sensim sensimque decrevit, tandemque prorsus finitur, vel per separatam filiorum oeconomiam, vel per justas filiarum nuptias. Hinc ista potestas etiam in

- b) Conf. JVST. HENNING. BOEHMERI Ius Ecclesiast. Protestant. Tom. III. Libr. IV. Tit. II. de Desponsatione Impuberum §. 3. 12. 17. & rel. SAMVEL. STRYCKII Usus Modern. Tom. III. Libr. XXIII. Tit. I. de Sponsalibus. §. 15. 16. 17. IOAN. BRVNNEMANNI Ius Ecclesiast. Libr. II. Cap. XVI. §. 5. BENED. CARPZOVIJ Iurisprud. Consistorial. Libr. II. Tit. II. Definit. XLIV. JOAN. PET. ALVDEWIG Diffr. de Differ. Iur. Rom. & Germ. in Consensu Connubiali extra Patrem. Differ. I. Cap. II. pag. 10 — 16.

in Germania nunquam ad nepotes porrigitur, vti olim apud Romanos, sed hi potius etiam si superfluit auis, semper tamen in potestate sunt parentum suorum. Ex his autem, quae hucusque disputauimus, satis superque, opinor, patet, vium hodiernum doctrinae Juris Romani de patria potestate per quam esse exiguum, & in plurimis capitibus plane nullum. E contrario Germani quoad istam potestatem patriam semper retinuerunt mores patris, eosque etiam adhuc hodie viu quotidiano & perpetuo frequentant, id quod partim ea, quae supra de potestate patria majorum nostrorum, partim vero, quae hoc §. dum vium Juris Romani hodiernum exposui, hinc inde obiter addidi, sufficier probant atque euincunt.

§. XIX.

Vsus hodiernus doctrinae Juris Romani de Tutela in genere.

Quamvis autem vius hodiernus doctrinae Juris Romani de patria potestate per quam sit exiguis, fortassis tamen longe aliter se habebit haec res quoad doctrinam de tutela, & de potestate atque officio tutorum. Hanc doctrinam receperunt fortassis Germani sine exceptione, atque hoc, si vere factum fuit, quis, quaeo, jure dubitat, vitrum hodie ii, qui sub tutela vivunt, sui juris sint suaequae potestatis homines? cum ista tutorum curatorumque potestas adeo restricta primaria sit causa & ratio, quare apud Romanos, qui sub tutela vivunt, inter sui juris homines sint relati. Atque, ne quid dissimulem, probe seio, plerosque Jctorum nostrorum doctissimorum in ea esse opinionem, doctrinam Juris Romani de tutela hodie & in Germania praecipuae esse auctoritatis, patrosoque mores per receptionem Juris Romani hac ex parte vel prorsus esse neglectos & immutatos. Hunc fere in modum nuper demum mentem suam explicauit *Vir vere magnus & Illustr. HENRICVS CHRISTIANVS L. B. DE SENCKENBERG*, qui in multis, inquit c), materiis

H 3

Jus

c) In Libello bona frugis plenissimo, qui inscribitur: Methodus Juris-

3



Sl,

Jus Romanum ferme principale est, e. g. Tutelarum, testamentorum, actionum. Sed optimus in disendo incredulus est auditor & lector, atque nemo nos reprehendet, speramus, si non tam faciles iis praebeamus aures, qui in doctrina de tutelis Jus Romanum hodie principale esse contendunt, omnemque istam quæstionem caute cogitateque explicemus, quantum quidem loci angustiae & instituti ratio id hoc loco fieri permittunt. Ut autem ad rem ipsam accedamus, nemo ignorat, quam anxie Jus Romanum non cogitatione, sed re ipsa separat tutelam a cura, & officium tutoris ab officio curatoris. Sed sciunt etiam omnes, quos aequius amat, apud Germanos, ceterasque originis Germanicae gentes nullum neque olim fuisse, neque hodie adesse dissimilem inter tutelam & curam minorum; sed tutores, constitutus impuberibus, administrationem ad majorenitatem usque soleve continuare eadem auctoritate. Ex instituto hoc probarant
Illustr. CAROLVS GVILIELMVS A GAERTNER d), & beat.
GEORG. BEJERVS e), neque hoc negare possunt ii, quibus alias Juris Romani custodia sanctior est, quam nostris, vti ex SIMONE VAN LEEUWEN f) intelligimus. Dicit quidem iste JCtus: *tutelam hodie transfire in curam, & qui semel legitime dati sunt tutores, eosdem etiam curatores permanere, fortassis ex ea causa, vt, si fieri possit, vel umbra Juris Romani adesse videatur, quae tamen vere non adest, quare in vernacula tam qui impuberis, quam qui minoris tutelam gerit, constanti vsu & perpetuo sensu prorius eodem dicitur Ein Vormund, illius autem officium die Vormundschaft.* Deinde Jus Romanum tres tutelae facit species, tutelam testamentariam, legitimam, atque tandem

Jurisprudentiae ex propriis & peregrinis Juribus Germaniae receptae, Cap. I. §. 12. not. 2. pag. 8.

*d) In Dissert. qua probatur: *Jure Germanico inter Impuberis & Minores, Tutores & Curatores non distinguuntur.**

e) In Dissert. de Hodierna Tutorum & Curatorum Differentia.

f) In Censura Forensi, Libr. I. cap. XVI. n. 1. pag. 90. 91.

tandem datiuam, neque mores hodierni hanc diuisionem ignorant. Sed quamvis tutela testamentaria hodierna ex Jure Romano descendat, idem tamen de duabus reliquis speciebus dici nequit, vt pote quae jam inde ab antiquissimis temporibus apud Germanos in viu fuerunt. Deinde quoad ipsam tutelam testamentariam vtimur hodie jure admodum diuerso ab eo, quod in Corpore Justiniane continetur. Non repeto ea, quae quoad hanc diuersitatem §. anteced. jam monui, addo potius, praeter istam differentiam adfse plures alias, & quamvis v. g. tutor testamentarius secundum Jus Romanum non, nisi in testamento, vel in codicillis testamento confirmatis possit constitui, id tamen hodie non esse necessarium atque posse ejusmodi tutorem omnino dari in codicillis etiam non confirmatis g). Cessant præterea nostris temporibus ista priuilegia & prærogatiuae tutorum testamentariorum h). Neque, tutelam datiuam quod attinet, ista Juris Romani dispositio hodie recepta est, qua non nisi ille magistratus tutorem dare potest, cui haec potestas per specialem concessionem vel populi, vel principis erat data, atque hodie quilibet magistratus, etiam si inferiore tantum habeat jurisdictionem, modo sit competens pupilli magistratus, vel ratione domicilii, vel ratione bonorum, recte ei dat tutorem i). His autem tribus tutelac speciebus in Germania accedit quarta, patetia scilicet tutela, quae olim quidem longe fuit frequentior, quam ea hodie est, quae tamen nostris temporibus non prorsus infrequens, aut abrogata dici potest; in Jure autem Romano prorsus ignoratur. Apud veteres Romanos porro hi tutores regulariter omnes ipso jure erant tutores, neque opus habebant confirmatione magistratus, nisi paucis quibusdam in casibus, quos, hic a me exprimi, nominatimque edi, omnino alienum ab hoc loco esse videtur. Addo potius; in Germania sine exceptione

g) SIMON VAN LEEUWEN loc. cit. n. 4. p. 91.

h) IDEM loc. eod. n. 7. 8. pag. 92. 93.

i) IOAN. HEINR. DE BERGER Oeconomia Iuris, Libr. I. Tit. IV. §. 2. in fine pag. m. 162. *ibid. lib. ibidem p. 162.*



ptione in vniuersum omnes tutores esse confirmando, & per hanc confirmationem magistratum non tam defectum aliquem suppleri, vti olim apud Romanos, sed potius per eam deum auctoritatem facultatemque gerendi tribui tutoribus nostris. Neque haec tutorum confirmation hodierna ex Jure Romano descendit, quasi Germani id, quod in Jure Romano quoad causis quoddam speciales tantum erat constitutum, ad omnes in vniuersum tutores applicari; est ea potius Ius proprium Germanorum. Deinde hujus confirmationis hodiernae fundus non tam isti sunt, qui a Viris doctis hac occasione ut plurimum citari solent Recesus Imperii R. G. k), deriuanda potius est haec Germanorum consuetudo honesta iummeque laudabilis ab ista principum magistratumque nostrorum tutela suprema, quae jam inde ab antiquissimis temporibus in Germania cognita usque recepta fuit, & vi cuius magistratibus nostris competit jus non modo tutores vice sua administratores constituendi, sed & ab aliis constitutos confirmandi, gestorumque rationes ab iisdem tanquam vicariis tantum tutoribus, exigendi, atque eos, qui parum diligentes & fideles fuerunt, ex officio in ordinem cogendi, & si ita visum fuerit, remouendi etiam & ob dolum culpanue debitis poenis coercendi l). Quae hactenus exposui, non nisi generalia sunt doctrinae Juris Romani de tutelis, quibus, si opus esset, addere possem plura alia, quae aequo minus vnu fori recepta sunt, ac pauca ista, quae dedimus capita. Nam ignorant Germani tutelam legitimam patronorum, parentum porro & fiduciariam, ignorant accusationem criminis suspecti, & quae sunt reliqua. Sed hoc non agimus. Quare, omisis ceteris omnibus, ad id progre-

k) *Reformat. Politic.* de anno 1548. Tit. *Von der Pupillen und Minderjähriegen Kinder Tuteuren und Vormundern* §. das auch ein jeglicher Vormunder &c. & *Reformat. Politic.* de anno 1577. Tit. *Von Pupillen &c.*

l) Conf. IOAN. GOTTLIEB HEINECCII Dissert. *de Suprema Principum & Magistratum Tutela*, qui ea, quae h. l. veluti in compendio dixi, latius & copiosius exposuit.

progredimur, quod proprius pertinet ad doctrinam istam, quam hoc in libello perractare suscepimus, scilicet ad officium tutoris atque potestatem tutelarem. Videamus itaque, vtrum ista tutorum vis & potestas, & ea quidem in forma, qua illam circumdederunt Jura Romana, in Germania hodie recepta sit, & constanti vsu fori frequentetur?

*Vsus hodiernus doctrinae Juris Romani de officio
& administratione Tutorum.*

Vt autem omnia in lucem veritatis proferamus, quantum fieri potest, clarissimam, repetendum omnino est id, quod alio loco jamjam indicauimus, nimurum, omnem tutorum vim & potestatem duabus potissimum absolui partibus, eamque pertinere vel ad exhibendam pupilli personam, vel ad res pupilli negotia que curanda & administranda. Primam itaque officii tutelaris partem & integrum pupilli exhibitionem quod attinet, ratione illius Jura Romana atque Germanica tam antiquiora quam recentiora a se inuicem differunt parum vel nihil. Sed hoc non ideo, ac si Jus Romanum hac ex parte in Germania sit receptum, sed potius quia Jus Romanum quoad eam parum vel nihil recedit a simplicitate Juris Naturae, ad cuius normam regulamque Germani, vti olim, ita & hodie vnicce mores suos attemperant. Quare, si qua hodie hac in re est Romani Juris auctoritas, ea ideo potissimum isti juri tribuenda esse videtur, quia Germanicum & Romanum Jus hac ex parte amice concordant, posterius autem, id quod illius constans est & perpetua laus, casus quaestionesque specialiores, hinc inde in vita ciuili obuenientes, accuratius solidiusque distingue, & decisione certa definire solet, quam quidem nostrum Jus Germanicum, aut quodvis praeterea aliud. Quamuis autem hac ex parte aliquis atque haud exiguum adsit Jus Romani vsus hodiernus, probe tamen obseruandum est, cum in jure nostro patrio parum vel nihil immutasse, moresque Germanorum patios idcirco non obliuioni esse datos, sed per introductionem



ductionem Juris Romani potius aductos, atque magis magisque determinatos. Sed haec de prima officii tutelaris parte sufficiant. Ad alteram progredimur, nimirum ad administrationem rerum, & negotiorum pupillarium. Quantus autem & quam magnus etiam quoad istam priorem, de qua modo diximus, partem sit Vlus Juris Romani hodiernus, tamen alteram hanc, ad quam jam accedimus, quod attinet, tam certum est, quam quod certissimum, quoad eam Jus Romanum vel plane non, vel certe in potissimum & notabilioribus capitibus non frequentari. Nam Jure Romano administrabat quidem tutor bona pupilli, gerebatque illius negotia, sed interueniente tamen semper ipso pupillo, infantia majore. Quod nisi fieret, tutoris solum voluntas ne quidem sufficiebat, idque ideo, quod nemo alii stipulari vel adquirere, multoque minus alium suo facto obligare poterat m). Quodsi itaque dicendum quod res est, Jure Romano pupillus, qui erat infantia major, ipse omnia, quae ad administrationem bonorum suorum pertinebant, agebat, sed auctore tutori. Atque haec tutoris auctoritas ne semper quidem necessaria erat, sed meliorem poterat facere pupillus conditionem suam etiam inscio & absente tutori. Ita Jure Romano. Sed ab hoc jure abhorrent, vti olim, ita & hodie patrii mores, atque in Germania hac ex parte idem est tutoris, ac patris officium. Pupilli nostri nihil agunt auctoribus tutoribus, hi potius omnia ipsi & soli peragunt non adhibito pupillo. Hinc pro eo in judicio agunt, soluunt, alienant, contrahunt, omniaque ipsi peragunt, modo res pupilli non redditant deteriores n). Interdum quidem fieri solet, vt tutor pupillum, majorenitati proximum, iis in rebus, quae concernunt administrationem rerum suarum consulat, ejusque sententiam

m) §. 3. 4. I. de Inutilib. stipulat.

n) Vid. SAMVEL STRYCKII Vsus Modernus Tom. III. Libr. XXVI. Tit. 8. pag. 586 lqq. sqq. GEORG. BEJERI Delineat, Iur. Civil. sec. Ord. Pandect. Libr. XXVI. Tit. 8. pag. 448. 449. CHRISTIAN. THOMASII Notae ad Tit. Institut. de Auctorit. Tutor. pag. 94. 95.

tentiam exquirat. Sed sunt haec tutoris verba tantum verba honoris, eum in finem a tute prolati, ut pupilli judicium expicitur, vtque cum etiam hac ratione aptum reddat ad res suas aliquando bene prudenterque administrandas. Hinc etiam tutor, quocunque dein modo pupillus suam dixerit sententiam, tamen in peragendis illius negotiis suo tantum proprio vitetur judicio, insuper habito judicio pupilli, qui quamdiu sub tutela vivit, hodie prorsus nec velle creditur, nec nolle.

§. XXI.

Vtrum ii, qui sub tutela viuant, hodie sui sint,

an alieni juris homines.

Atque haec de vsu hodierno Juris Romani tam quoad doctrinam de patria potestate, quam quoad doctrinam de tutela, & de officio & administratione tutorum pro instituti nostri ratione dixisse sufficiant. Quam exiguis sit in his juris hodierni quaestioneis istius juris peregrini vius practicus, vel ex his paucis hucusque quam breuissime dictis ii omnes facile perspicere possunt, qui vium Juris Romani hodiernum ex veritate, non ex opinione, dijudicare didicerunt. Tam parentum, quam tutorum potestas in Germania per introductionem receptionemque Juris Romani parum vel nihil est immutata, sed qualis & quanta ea erat olim, tales tantamque eam etiam hodie deprehendimus tam a parte parentum, quam a parte tutorum nisi in omnibus plane, certe tamen in quamplurimis iisque principalioribus capitibus. Quae cum ita sint, haud erit difficile, de statu eorum, qui sub tutela hodie viuant, exactum ferre & tale judicium, quod rei naturae & veritati responderet. Nam, cum olim majores nostri non eos tantum, qui in parentum, sed & qui in tutorum erant potestate, constanter & perpetuo alieni juris & potestatis dixerint; cum Germani statum conditionemque filiorum familias & pupillorum ideo ynam eandemque esse, olim dixerint, quia potestas parentum atque tutorum una eademque erat; cum hodierna parentum tutorumque potestas, non Romana sit, sed



Glo,

vere Germanica, vtraque autem, vti olim, ita etiam hodie in plerisque sibi quain simillima: quantum ego quidem intelligo, hodie omnes pupilli atque minores, quia potestas, cui subsunt tutelaris eadem est, ac ista, cui subsunt liberi, potestas patria; cum filiis familias vnius ejusdemque sunt status atque conditionis, id est alieni juris, vel potestatis homines. Quamuis enim inter potestatem patriam & tutelarem, deinde etiam inter potestatem tutelarem hodiernam & antiquam Germanicam varia, magnaue adhuc differentia, atque v. g. tutores ad conficiendum rerum pupillarum inuentarium, & ad rationes, non, finita demum tutela, vti apud Romanos, sed quotannis reddendas sint obstricti, quod vtrumque jura nostra a patre, bona liberorum propria administrante, regulariter non exigunt; quamuis tutores ista pupilli negotia, quae alicujus sunt momenti, sine praescitu & consensu magistratum peragere nequeant; & deinde porro liberi sine consensu parentum nullas, pupilli autem sine consensu tutorum ordinarie recte contrahant nuptias; quamuis denique olim apud majores nostros tutela regulariter fuerit fructuaria, hodie autem ea ad exemplum Juris Romani ordinarie sit gratuita: haec tamen omnia tanti non sunt, vt ideo sententiam, quam supra de statu & conditione pupillorum hodierna dixi, reuocare cogar. Nam confectio inuentarii, redditio rationum, recursus tutorum hodiernorum ad magistratus in negotiis, quae sunt alicujus momenti; haec omnia non nouiter demum ex Jure Romano recepta, sed ex antiquo sunt Jure Germanico, atque olim tatorum potestas regulariter eodem modo erat restricta, nihil tamen securius majoribus nostris omnes, qui sub tutela erant, alieni juris vel potestatis erant. Sunt porro tutores nostri quasi vicarii tantum tutores, atque in Germania omnis tutela ordinarie & primario magistratibus competit, sub quorum jurisdictione est pupillus, qui in tutela viuit. Aequum itaque rectunque est, vt, qui in magistratum muneri succedunt tutores vicarii magistratibus redant rationes, exhibeant inuentarium, & sine eorum consilio & consensu haud facile res magni momenti expediant. Et quamvis hac ratione, tutorum, qui administrant, vis & potestas admodum

dum restringatur, ob eam tamen causam pupillorum status & conditio non sit laxior liberiorque, sed semper potius, quamdiu tutela durat, talis est & manet, qualis erat olim, cum pupilli in patria adhuc viuerent potestate. Consensum quod attinet, queni jura nostra a parte parentum quidem, quando liberi, non autem a parte tutorum, quando pupilli atque minores justas imire volunt nuptias, requirunt, ratione hujus rei duo omnino monenda esse videntur. Primum est, quod iste consensus non tam potestatis patriae, quam potius reuerentiae & pietatis, quam liberi suis debent parentibus esse videatur effectus. Quam ob causam, cum pietas haec & reuerentia parentibus debita sit perpetua, liberi, etiam si potestas patria dudum sit soluta; tamen semper parentum suorum consensum requirere debent, quando justas contrahere cupiunt nuptias. Quodsi vero etiam quis consensum istum a patria potestate deriuare, aut asserere velit, durante tutela minores tutoribus suis eandem praestare debeant reuerentiam, quam liberi parentibus suis habere tenentur; id ego quidem prorsus negare nolo, sed hoc tamen addo, nequaquam hodie tutorum consensum in contrahendis minorum nuptiis tuto semper posse negligi. Etenim in *Constitutione Prouinciali Guelpherbi-tana* o) expresse cautum est: *Dass diejenigen, die noch Eltern und Vormunder haben, anders nicht, als mit derselben Rabt, und ausdrücklicher Bewilligung - - - in keine Eheverlöbniss sich einlassen sollen - - - Widrigens als, und da bey ein und andrer Verlobung obgemeldete und erforderliche Stücke und Requisita unterlassen, und nicht der Gebühr beobachtet worden, soll solches vor kein Ehegelöbniss geachtet, keinesweges auch in Vnsern Consistorio und Gerichten vor gültig und bindig erkannt werden. Atque eodem ju-re vtitur Marchia Brandenburgensis p). Ducatus Magdeburgicus q). Republica Hamburgensis r), atque praeterea prouinciae aliae plures.*

13

o) De d. 2. Ian. 1704.

p) Vid. Ordinat. Consistorial. Marchie. Tit. 59.

q) Vid. Ordinat. Politie. Magdeburg. Cap. 37. §. 11.

r) Per speciale Edictum poenale de a. 1676. Conf. SAM. STRYCKII

Vetus

3



Slo,

res. Tandem perceptionem fructuum ex bonis pupilli proueniens, quod attinet, quae olim regulariter tutoribus permittebatur, cum hodie tutorum nostrorum officium e contrario ordinarie sit gratuitum: fateor quidem introductionem Juris Romani hac ex parte nonnullis in prouinciis multa innouasse, non tamen viuunt propterea Germania moribus patriis quoad fructuariam tutelam nuntium misit, sed non nullis in prouinciis ejus rei adhuc hodie deprehendimus reliquias insignes, ita, ut tutoribus vel fructuum ex bonis pupilli perceptorum pars relinquatur, vel certum falarium, legibus definitum, sit solvendum, quas morum patiorum reliquias eum cura collegit, quem jam alias laudauit JOANNES PETRVS A LVDEWIG s). Deinde, quodsi etiam hodie vbiique locorum omnis tutela sit gratuita, atque Germani hac ex parte patios mores prorsus migrariant; ideo tamen status pupillorum & minorum non est immutatus, sed qualis ille erat olim ante receptionem Juris Romani, talem eum deprehendimus hodie, etiam si studi peregrinum Jus in Germaniae foras penetrauerit. Quae cum ita sint, cum pupillorum minorumque status non diuersus sit ab eo, in quo deprehendimus filios filiasque familias, in patria potestate viuentes; non vereor repetere id, quod ab initio hujus§. dixi, omnes eos, qui sub tutela viuunt, minores atque pupilos cum filiis familias vnius esse ejusdemque hodie conditio-
ns, atque alieni juris, alienae potestatis homines; *Diuimque Apostolum PAVLUM* diximus, quod res est, etiam praesagio futuri saeculit. *Quamdiu heres puer est, nihil differt a seruo, (alieni juris nomine) & tamen est omnium dominus, nam sub tutoribus & dispensatoribus est usque ad definitum a patre tempus.*

§. XXII.

Vfus Mod. Tom. III, Libr. XXIII, Tit. I. §. 11. 12. & JVST. HENNG.

BOEHMERI Jus Eccles. Protest. Tom. III. Libr. IV. Tit. II §. 11.

item JOAN. PETR. A LVDEWIG Dissert. de Differ. Iur. Rom. &

Germ. in Consensu Cognab. extra patrem Diff. II. not. (d) p. 18. 19. 20.

s) In Dissert. quae exhibet Differentias Iur. Rom. & Germ. in Frumento attributione in primis Tutelae fructuariae ad Different. I. nor. (dd) pag. 12. 13. & not. (ee) pag. 15. 16. 17.

In Epist. ad Galatos, Cap. IV. vers. 1. 2. ex interpret. Seb. Castellionii.

§. XXII.

Conclusio.

Sic itaque emensi sumus iter, quod ingressi sumus. Pertractauimus quaestionem, quam pertractare suscepimus, atque sententiam dixi, prout mos meus est, liberrimam, & in ea adstruenda contra doctrinam publico consensu, & Juris Romani auctoritate in scholis JCtorum receptam, priuatam meam sequutus sum persuasione. Superfluum foret, iudicium relinquere Tibi *Lector Benevolē*, quo comite & judice quaestione hujus expositionem suscepimus, quodque si subtersugarem, non scripsissem. Ceterum tamen si fas est, alios posse, ejerare alios, optarem judices juris patrii peritos & tales, qui non, Juri Romano tanquam glebae adscripti, ex illius tantum decreatis quaestiones hodie in vita ciuili obuenientes, dijudicare didicuntur. Sed, cum rejectio judicum in republica litteraria haud facile permittatur: neminem rejicio. Contingent fortassis libello meo aliquae saltē clementes manus, & si quae sint iusto morosiores; tunc ille vadat & redeat ineuolutus, & memor sit solatii, quo comitabat exeuntem:

Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

DISSSERTATIONIS AVCTORI
DOCTISSIMO ATQUE ORNATISSIMO
CONSTANTINO ERNESTO GRODDECK

s. p. d.

P R A E S E S

MARTINVS GOTTLIEB PAVLI.

Cum nuper mihi significares, *Clarissime Groddeck*, in animo *Tibi esse*, ante abitum *Tuum*, me comite & duce in publicum prodire, arque Disputatione sollemni ingenium studiumque *Tuum* experiri, insimulque ex me poteres, ut locum aliquem Iuris Ciuilis aptum ad id, quod meditabar in doctrinae *Tuae* specimen, proponerem, auctor *Tibi* suasorique eram, ut locum illum, qui mihi omnino aliquid quaestione habere videtur, utrum, scilicet, qui sub tutela viuunt, hodie sui sint, an alieni juris homines? cum cura examinas. Valde *Tibi* placuit hoc Iuris Ciuilis caput, inspirans,

mis,

3



Glo,

mis, cum *Tibi* monstrassel viam, quam ingredi debemus, quando in decidenda questione proposita a veritate aberrare nolumus, *Tuque* intellexisses, hoc caput ejusmodi esse, vt, eo disceptando, non tantum ingenium studiorumque *Tuam* spectandum proponere, sed etiam iustas promereri laudes posse jure meritoque existimares. In hanc itaque spem adductus minime vanam, per aliquot tempus in id omni studio allaborasti, vt, excogitatis & vndiqueaque conquisitis argumentis, quae causam *Tuam* reddant maxime probabilem, singula distribueres in ordinem, & deinde tam apposite diceres ad persuasionem, vt vere persuadeas dictione *Tua*. Ab eo statim tempore, quo scholas meas frequentasti, luceulent in *Te* cognoui atque perspexi aptum ingenium, & egregium doctrinae studium, scientiamque literarum humaniorum non vulgarem. Quam ob causam de his *Tuis* laboribus suscepisti semper quaevis praeclera & egregia expectau. Neque me frustata est haec mea spes minime fallax. Etenim, postquam *Tuas* de quaestione proposita meditationes mecum communicasti, ita ego eas comparatas reperi, vt summanni mihi maximamque crearent voluptatem, viaque facile intelligerem, justam debitamque doctrinae *Tuae* laudem, fructumque industriae *Tuae* uberrimum exinde in *Te* esse redundaturum. Quare nihil mihi reliquum est, quam vt *Tibi* de laude certissima, Parenti vero *Illiustri* atque *Generoso* de filio dignissimo ex animo gratuler. Atque ita *Te*, *Carissime Groddeck* ex amplectibus meis aegre quidem dimitto, at votis tamen *Te* abeuntem prosequor, DEumque O. M. precor, vt *Te* aliquando patriae *Tuisque* sospitem restituat & saluum omniaque *Tibi* in posterum ex voto succedere jubeat. Dabam e museo die xxvi. April. A. R. S. c/o Icc LVI.

Sic patris fines multa cum laude relinquis
Ad Batavae Themidos templa mouendo pedem. M.
Ascendis cathedram legum monumenta revoluens in regna mu-
norum
Et *Te* solerent noscere quemque doces.
Publica jam procerum *Tibi* testimonia plaudunt
Gloria virtutis nam solet esse comes.
Me quoque quem placuit quandam *Tibi* jungere amicum
Fecisti socium laudis, Amice *Tuae*.
Jam discessuro mea se socient *Tibi* vota alius dicitur
Quae studii testes velis habere, rogo.
Prouida

Prouida cura DEI Te ducat Teque reducat,
 Vt Patriae certum fis aliquando Decus.
 Haec sincere vouens vnum Te obtestor Amice
 Lugdunum memorem ne veter esse mei.

Johannes Michael Wulf, Ged.
 Opp. I

ODE

Nobilissimo ac Doctissimo
 Domino
 Constantino Ernesto Groddeck
 inscripta.

*T*e laudare nefas, o Juuenem spei,
 Qualis Magnifici sollicitas Patris
 Nunc virtute leuabit
 Curas in patriam pia.
 Festinante tuba fama scientias
 Inter Gymnasi limina pertulit,
 Laudes fida ministra
 Cantauit meriti Tuas;
 Argumenta Tuas docta scientiae
 Non oblita animis pristina, Delphica
 Cingent tempora lauro,
 Iam conjuncta volumini
 Doctrina Themidos arteque condito,
 Quod contra jacula & tela tueberis,
 Ac pones monumenta
 Laeta de cathedra Tibi
 Festivae subito lucida gloriae.
 Quem, Dilecte Tua de dubiis ages
 Nostris arte triumphum,
 Laetans hunc Tibi gratulor.
 Dores ast animi dicere singulas,
 Hacce conjunctio, nos quae tenet inuicem,
 Me moerente volentem,
 (Lex sancta!) increpit, lyra.

K

Non

3



Glo,



Non autem prohibet dicere, Te pri
Fratri velle sequi & gentis imagines

Clarae tramite; amica

Praedicente Lyra Tua

Par fies veteri flemmati honoribus.

Iam felix abitus sit, procul hinc bene,

Sis felix redeundo

Sis voti memor & mei.

Dic xi. Calend. Aprilis. Joachim. Guilielmus Weickmann.
MDCCCLVII. Opponens.

Nobilissimo ac Doctissimo

Constantino Ernesto Groddeck

Amico longe Acellumatisissimo


s. D. P.

Carolus Renner. Ged.

L. L. C.

Opp.

Jam quoddam temporis spatium elapsum est, ex quo amicitia Tua jucundissima frui mihi licuit, cum cognitionis vincula ab incunabulis nos jam jungerent. Singularia profecto amicitiae documenta mihi praebuisti, quibus alii addere Tibi placuit; obtrulisti enim mihi munus aduersarii contra disputacionem Tuam pererudite elaboratam. Vires quidem meae satis exiguae huic conatus parum sufficiunt; tamen, licet cognitio Tua ad Ius tam antiquum quam recens recte intelligendum maxime necessaria haud vulgaris, & imperitia mea minime mihi sint ignota; tamen, inquam, amicitia, quae mihi Tecum intercedit, conjunctissima, obstat, quo minus officium hocce recusem. Industria Tua, quam in Athenaeo nostro litteris dedisti, inter omnes confitat. Felicissimus es, cum exempla celeberrimorum GRODDECKIORVM successu sequareis prosperissimo. Sic etiam honores Magnifici Tui Parentis & Nobilissimae gentis Tuae aliquando procul dubio Te excipient. Viue ergo bene beateque, & quod de prima optimaque aetate adhuc restat, studiis trade, ut medium patriae, ultimam Tibi ipsi dare possis. Ego vero nullus plane dubito, Te amicitia Tua & posterum me prosecuturum, ac in hoc omnem curam operamque ponam, ne vsquam ea indignus videar. Dabam e Musaeo die xxx. Martii A. R. S. MDCCCLVII.





56,





10
M
1757 A.
191

EXERCITATIO JVRIS
QVA
EXPONITVR QVAESTIO
VTRVM IIQVI SVB TVTEL A VIVVNT
HODIE SVI SINT AN ALIENI
JVRIS HOMINES?

PRAESIDE
MARTINO GOTTLIEB PAVLI

J. V. D. JVR. ET HIST. PROF. PVBL. ET ATHEN. INSPECT.
DIE XXVI. APRIL. A. R. S. CICLOCCCLVII.
IN AVDITORIO MAXIMO

AD DISCEPTANDVM PROPOSITA

AB

AVCTORE

CONSTANTINO ERNESTO GRODDECK

L. L. C.

GEDANI

TYPIS THOMAE JOANNIS SCHREIBERI, SENATVS
ET ATHENAEI TYPOGRAPHI.